



Mag. St. Dr.

 BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVIENSIS	671	kat.komn.
		v a 16
NOWO-ŁACINA		II

50




Ex dono  
R. D. Stephani Pawlicki


f. XII 27.

Es Barock Killeket Hand.

7/

X·XXI






ANSEL. SOLERIVS

DE

PILEO.



A N S E L M V S  
S O L E R I V S

Cemeliensis

DE PILEO

Cæterisque capitis tegminibus  
tam sacris, quàm profanis.

*Editio novissima aucta, emendata & figu-  
ris æneis excornata,*



OPTIMI CONSULTORES MORTVI

AMSTELODAMI,  
Sumptibus ANDREÆ FRISII.  
CIC IOC LXXII.





*Amplissimo, Spectatissimo,  
Celeberrimoque Viri,*

DOMINO,

D<sup>o</sup>. BALTHASARI  
MORETO

P. F.

**Q**Uod vulgò evenire solet,  
Vir Amplissime, ut  
eamus, quo itur; id huic  
libello accidit. Etenim cum ad te  
redire conarentur ille tabellæ,  
quas Reverendorum P. P. Hen-  
schenii & Papenbrockii cu-  
ra, tuo vero beneficio in usus meos

## E P I S T O L A

acceperam, quicquid præterea  
huic opusculo ornamenti & in-  
dustriæ accesserat, id tabellis sese  
comitis loco jungebat, & quo-  
dam quasi societatis jure ad te  
properabat. Nec profectò aliter  
decebat. Etenim, cùm præter  
ideam Sudarii mortuorum, ipse  
etiam iconismus apicis Flami-  
nis Dialis tibi debeatur, par  
erat, ut Apici Pileus, rebus sa-  
cris profanæ cederent. Accipe  
ergo Vir Amplissime illud,  
quod ita meum est, ut jure tuum  
esse videatur: atque ita accipe,  
ut affectu suppleas, quicquid ope-  
ri deest. Temeritati proximum  
est,

## D E D I C A T O R I A .

*est, fateor, exiguæ molis libellum  
 dedicasse Viro in re literaria &  
 libraria versatissimo, & cujus  
 typographia nihil nisi Montani,  
 Baronii, Bellarmini, Lipsii, Golt-  
 zii, Chifletii, Rubenii, aliaque  
 illustria, nec unquam sine mul-  
 ta honoris præfatione memo-  
 randa opera agnoscit. Sed enim  
 cum aliud nihil suppeteret, quo  
 animum ad omnia gratitudinis  
 officia promptum testarer; ac  
 jam ea restitutæ in melius vale-  
 tudinis tuæ ratio esset, ut obte-  
 gere illam, quam animo concepi,  
 letitiam ultra non possem, com-  
 modissimum mihi visum fuit, in-*

EPIST. DEDICAT.

*Super habito omni verborum ambitu, hunc Ampl. T. libellum offerre, qui simul agnoscere me beneficium tuum doceret, & argumento suo ac indice libertatis Pileo Tibi de liberatione à morbo gratularetur, Vale Vir Amplissime, & ineuntem hunc annum, pluresque alios Tuo, Tuorumque, & rei literariæ bono feliciter transige: Id ex animo roget & optat*

Amplitudinis Tuæ

*Obsequioso animo addictissimus*

ANDREAS FRISIUS.

A R.

# ARGUMENTVM.

**A**D tegmina humani capitis exponenda & illustranda aggressus sum, ut de Pileo quadrato tractationem exequerer. Cur autem de Pileo dicere cogitatio subierit, non puto obscurum. Gestamen est quotidianum & usuarium. Eo in templis, in foro, scholis, domi, alibi, teguntur capita. Tanti usus ac commodi tegumento, vicem (ut sic dicam,) nonnullam rependere, expositione eorum quæ ad illud attinent, quis improbarit? Pallium pererudita lucubratione celebravit Tertullianus, occasione accepta ex scommate, quo ob pallii gestationem à togato quopiam notatus erat. Calceum, in Patris sui gratiam, qui calceariam factitarat, docta nuper & amœna

moena scriptione, exornavit alius. In rem vestiariam Romanam, complurium accuratæ scriptiones leguntur. Eandem ad sacros homines restrictam, alii diligenter sunt exsecuti. Ius itaque nobis esto, de hoc vestium veluti apice pauca proponere. Ne tamen jejunior & hiulca videretur tractatio, de aliis item Capitis & virilis & foeminei tegminibus, sive sacris, sive profanis, (quæ quidem verè tegmina sunt, coronis seclusis) differere consilium fuit. Argumentum hæcenus intactum. Nam alio planè spectavit lucubratio Pandulfi Collenutii, cui titulum fecit, *Capitis & Pilei Dialogus*, referente Lilio Gyraldo syntag. de Poëtis, qui cum anno 1507 rectè periisse testatur: fortassis ob improvidè communicata, quæ Caput ejus sub Pileo agitarat.

ANDREAS FRISIUS  
LECTORI  
S.

**Q**uaeres, benevole lector, quid in hac editione prestiterim? hoc autem velim ut tu ex huius cum prioris editionis collatione cognoscas. Textum foedissimè corruptum, & multis locis non parum luxatum, suae integritati restitui, eâ quâ potui fide ac diligentia. Philippî Rubenii Electorum libri Secundi caput xxv, de sacris Apicibus, Galero, Albogalero, Apiculo, quòd illud illustrando libello quàm maximè inserviret, suo loco inserui. Atque hisce nostris conatibus promovendis Symbolam contulit Vir Celeberrimus Balthasar Moretus, qui pro singulari sua humanitate ac beneficentia tabulas aeneas huc facientes Antverpiâ ad me transmisit. Adhæc indicem geminum, Authorum unum, Rerum memorabilium alterum adjeci; & quia ea quæ  
me

memoria propria sunt, & ratiocinando colliguntur, optimè sermonis & scriptura beneficio explicantur; ea verò quæ phantasiam concernunt, nisi gestu vel qua simili idea oculis represententur, vanum reddunt omnem sapennumero discursum, dedi operam ut quicquid conferre ad antiquitatis notitiam videbatur, verbis autem explicari ab Authore per rei naturam minus dilucidè potuit, id æri incisum oculis tuis subjicerem. Atque hæc sunt, benigne lector, quæ scire tua intererat, quæ si tibi grata acceptaque esse cognovero, Pileum hunc nostrum brevi Togâ Romana, togam Mercurialis de arte Gymnastica sive de exercitationibus veterum, aliique sequentur, Vale.



A N S E L M V S <sup>I</sup>  
S O L E R I U S  
C E M E L I E N S I S  
D E  
P I L E O,

*Cæterisque capitis tegminibus  
tam sacris quam profanis.*

---

S E C T I O P R I M A.

*Capitis in humano corpore  
Dignitas.*

**Q**Uam ob causam amputatis  
reliquis humani corporis  
membris bene multis, vita  
superstes sit homini, resecto autem  
Capite, absque dilatione moriatur,  
rationem reddit D. Ambrosius lib.  
de Noë & arca cap. 10. quia [Non  
A est

est eadem ceterorum membrorum prerogativa, quæ Capitis : Ideoque abscisso eo, unde sensus nostri in reliquum corpus prodeunt, moriuntur etiam omnia membra. Idem lib. 6. hexaëm. cap. 9. in hanc rem egregie : Cognoscamus ( inquit ) humani corporis fabricam, instar esse mundi. Siquidem ut cœlum eminet aëri, terris maria, quæ velut quædam membra sunt mundi : ita etiam Caput, supra reliquos artus nostri corporis, cernimus eminere, præstantissimumque esse omnium; tanquam inter elementa cœlum, tanquam arcem inter reliqua urbis mœnia. In arce autem hac, regalem quandam habitare sapientiam, secundum Propheticum dictum, Quia Oculi sapientis in capite ejus. Hanc esse ceteris tutiorem, & ex illa omnibus membris vigorem prudentiamque deferri. Quid enim robur & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi Capitis velut Principis sui imperialis quædam adminiculetur potestas ?

testas? Ex hoc enim, aut destituuntur  
 universa, aut omnia fulciuntur.  
 Quod S. Ambrosius humanum ca-  
 put cum cœlo & arce componit,  
 astipulatores habet alios. Cum cœ-  
 lo, suprema mundanæ hujus fabricæ  
 parte, Caput confert Artemidorus  
 lib. 1. Onirocr. cap. 37. & lib. 2.  
 cap. 8. Fuereque ex prisca, qui cœli  
 nomine Caput donarent, ut author  
 est Eustathius Iliad. α. Ipsique Æ-  
 gyptiorum Sapientes, humana spe-  
 cie Serapidis simulachrum effingen-  
 tes, cœlum ei imponebant pro Ca-  
 pite, ut idem testatur Eustathius:  
 quem Joanni Grammatico, Hesio-  
 di interpreti, in hanc rem adjun-  
 gens Ludovicus Cœlius lib. 20. cap.  
 13. ita scribit. *Idem interpretes,*  
*(Joannes) alibi. Olympus cœlum est,*  
*& universus mundi ambitus, quod un-*  
*dique colluceat. Sed & cœli quadam*  
*similitudine Spheroides hominis Caput,*  
*in quo est τὸ ὀλοκαμπὲς λογιστικὸν; id est*  
*hinc inde enitescens rationis facultas.*

*Olympus* dicitur. Sed & in primum Iliados Eustathius, ἐγγυόν apud Homerum, ab antiquis pro capite accipi scribit. Proinde Pallada è cœlo fingi descendisse.

Quod præterea Caput S. Ambrosius nomine arcis imperialis donabat, belle confirmatur à Theodoro serm. 3. de provid. Ubi de Capite ait. *Illud arcis instar in summo civitatis hujus (humani nimirum corporis) fastigio, situm conspice, in quo opulentissimus quoque hominis thesaurus, nempe cerebrum, quasi in munitissimo castro custoditur. Capitulum humani corporis, scilicet caput nominat Isidor. Pelus. lib. 5. epist. 249. tanquam arcem in corpore munitissimam. Hæc est arx sublimis, in qua juxta Lactantium lib. de opif. Dei cap. 8. mens hominis imperatrix, sedem fixisse videtur; quatenus ibi maxime ostentat vim suam, per connexam sibi in operando phantasiam. Unde caput* *verè* dictum,

etum, notat Ethymol. quod sit potens in cætera corporis membra, & illis imperet. Hoc rursus accipe ex S. Ambrosio capite illo 9. *Quid* (inquit) *sine capite est homo, cum totus in capite sit? Cum caput videris, hominem agnoscis. Si caput desit, nulla agnitio esse potest; jacet truncus ignobilis, sine honore, sine nomine. Sola ere fusa principum capita, & ducti vultus de ere vel de marmore, ab hominibus adorantur. Non immeritò igitur huic quasi consultori suo, cætera membra famulantur, & circumferunt illud servili gestamine, sicut Numen, atque in sublime locatum vehunt. Vnde censoria potestate, quò vult dirigit quorundam obsequia servulorum, & præcepta singulis obeunda decernit. Videas, Imperatori suo singula gratuito stipendio militare: alia portant, alia pascunt, alia defendunt, & ministerium suum exhibent; parent ut Principi, ancillantur ut Domino. Inde velut quædam procedit tessera; quam debeant pedes*  
A 3
obire

obire regionem, quæ militia munia manus consummandis operibus exequantur; quam venter abstinenti vel edendi formam, imposita teneat disciplina. Insigniter in hanc rem idem S. Ambrosius lib. de Arca & Noë cap. 7.

Scripturas in eandem sententiam, his verbis profert Clemens Alexan. IV. Strom. *Caput est quod principale, & quod principatum obinet. Si est autem Dominus viri caput; mulieris autem vir; vir est Dominus uxoris, ut qui sit imago & gloria Dei. Quocirca dicit etiam in epistola ad Ephesios; Subiecti invicem in timore Dei. Matieres suis viris subiecta sint, sicut Domino; quoniam Vir est caput mulieris, ut etiam Christus caput Ecclesia; ipse Salvator corporis. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo; ita etiam mulieres propriis viris in omnibus. Aper-te, loca Scripturæ quibus Christus dicitur caput Ecclesiæ, & Vir caput uxoris, præferunt eam capitis potestatem Imperialem, quam ex*  
D. Am-

D. Ambrosio adduximus, & pritis etiam tradiderat Plato in Timæo illis in hanc rem illustribus verbis: *Est caput membrum corporis divinis-  
simum, reliquorumque membrorum  
Princeps, cui totum corpus connexum,  
dii subesse & parere jusserunt. Exco-  
gitaverunt enim motuum omnium quot-  
cunque esse queant, compos id fore.*

An ob hanc ipsam rationem, cum cæteris humani corporis partibus varia minuta Numina essent attributa, capiti ut principalissimo membro dictus est præesse, præses & caput Deorum Jupiter? Notavit hoc Fulgentius Placiades lib. 3. mythol. *in Peleo.* Quod enim Pelei & Thetidis nuptiæ, procreationem hominis significarent, idcirco ex Domocride in Physiologicis, censet Fulgentius Poëtam finxisse, Jovem eo advocasse omnes Deos, ut eorum cui libet certum fœtus membrum con- crederet. Et ipsum quidem Jovem sibi caput assumis-  
se tutandum; aliis  
A 4 . . . vero

vero Numinibus , alia corporis membra adscripsisse ; Minervæ oculos , Junoni brachia , pectus Neptuno , cinctum Marti , renes & inguina Veneri , pedes Mercurio. Adeundus qui hoc minutius profequitur Adrianus Junius lib. 4. animadvers. cap. 12. Itaque per caput , tanquam per rem maxime sacram , & ipsi deorum supremo addictam , receptissimum erat concipere juramentum , ut Athenæus lib. 2. observavit. Præsertim vero juramentum per Principis caput habebatur solemnissimum. Quanquam despuendus est Jovius apud Zozimum lib. 3. qui ad æternum cum Alarico bellum , se obstringens juramento per Principis caput , ait hujusmodi juramentum esse firmiter illo , quod per Deum ipsum concipitur. Non refugisse sane Christianos hujusmodi juramentum , & id pro magno juramento habuisse , aciem  
men-



mentis inter sic jurandum dirigendo in Deum, habetur ex Tertulliano cap. 33. Apolog. respüente juramentum per genium Cæsaris; approbante vero juramentum per salutem, five vitam, aut caput illius.

Manuducit hæc loquendi formula ad aliam, ex qua nobilitatem ac dignitatem capitis æstimare facile licet. Passim namque *Caput*, pro toto homine dicitur. Locutio est Græcis ac Latinis pervulgata. Græcis *charum caput*, pro amico, perpetuum prope est. Latini *mille capita*, pro mille hominibus dicere soliti: Et Tullius Philip. 2. *Duo capita nata sunt, post hominum memoriam teterrima & spurcissima.* Congessit multa in eam sententiam ex Latinis æque ac Græcis Claudius Rangolius, 1 Reg. 15. v. 17. qu. 8. & Lælius Bisciola t. 1. subsec. lib. 9. cap. 7. addens, frequens esse Græcis, & Latinis, ac Hebræis, ut quicquid principale ac

summum in re quapiam est, *caput* dicatur. Qua ratione Tullius lib. 2. de offic. in omni procuratione negotii & publici muneris, *caput* esse ait, ut avaritiæ etiam minima suspicio pellatur. Plato in Gorgia, *fabulis caput addere* dixit, pro eo quod est perfectionem ac consummationem illis apponere. Apud Philonem lib. de sacrif. Abelis & Caini, *caput negotiorum* dicitur finis & perfectio eorum. Delrio in hanc rem plura suppeditabit adagiali 87. vet. Test. quem adeat qui hæc Grammaticalia captat.

Mihi fatius videtur, præcellentiam Capitis humani supra omnia membra, colligere ex eminentia & supremo in homine situ, ac ex illis quæ continet. Fixa in eo est sedes sensorii omnibus, quæ nusquam alibi simul locum habent. Imo alibi solus tactus, qui omnium sensuum crassissimus & maxime materialis est, reperitur, quia ob vitæ indemn-

demni-

demnitatem negari non potuit. Inhabitantes in capite artes omnes, ex Hippocrate epist. ad Philopœmenen. Leguntur in eo omnes affectus, juxta illud Fabii XI. Instit. cap. 3. *Præcipuum in actione, sicut in corpore ipso, caput est, cum ad decorem; tum etiam ad significationem decoris. Illa sunt, ut sit primo rectum & secundum naturam. Nam & dejecto humilitas, & supino arrogantia, & in latus inclinato languor, & præditro ac rigente, barbaria quaedam mentis ostenditur.* Vita universa per caput dispensatur, & ex eo pendet. Itaque Lactantius 6. instit. cap. 9. demonstrans omnes virtutes morales absque vera religione & fide inanes esse; & cætera justum, si id desit, non vivere vita justitiæ, sic differit: *Omnis justitia ejus, similis est corpori, caput non habenti, in quo tamen membra omnia & locis suis constant, & figuræ, & habitudine; tamen quoniam deest id, quod est omnium principale, &*

vita & omni sensu caret. Itaque mem-  
 bra illa formam tantummodo membro-  
 rum habent, usum non habent; tam  
 scilicet, quam caput sine corpore. Cui  
 similis est, qui cum Deum non ignoret,  
 vivit injuste. id enim solum habet, quod  
 est summum, sed frustra; quoniam  
 virtutibus tanquam membris eget. Ita-  
 que ut sit vivum, ac sensibile corpus,  
 & agnitio Dei necessaria est, quasi  
 caput; & omnes virtutes, quasi cor-  
 pus: ita fiet homo perfectus, ac vivus.  
 Sed tamen summa omnis, in capite est.  
 quod quamvis constare non potest si-  
 ne omnibus, sine quibusdam tamen po-  
 test. Et erit quidem animal vitiosum  
 ac debile, sed tamen vivet; sicut &  
 is, qui & Deum novit, & in aliqua  
 re peccat. Dat enim veniam peccatis  
 Deus. Itaque sine membris aliquibus,  
 vivi potest, sine capite nullo modo.  
 Aperte supponit in hac ratiocina-  
 tione Lactantius, vitam universam  
 à capite esse, nec nisi eo incolumi  
 posse consistere.

De capitis dignitate, & micante  
 in eo Dei sapientia, pluscula vide  
 apud R.P. Theophilum Raynaudum  
 in scalis à visibili creatura ad Deum,  
 gradu XI. Videndi insuper Riola-  
 nus lib. 4. Antropograph. cap. I.  
 Tiraquellus ad lib. 2. Genial. c. 19.  
*initio.* Cresolius 2. vacat. autumn. I.

## SECTIO II.

*Congruum fuisse, tanta dignitatis mem-  
 brum contegi, sive ad tutelam,  
 sive ad honestationem.*

**Q**Uanti sit in homine caput, con-  
 stat ex dictis. Indidem vero e-  
 ruendum est, consentaneum fuisse, ut  
 membrum adeo nobile subducere-  
 tur injuriæ, adhibito operimento,  
 sine quo male affici posset, & in-  
 commodis patere. Et ut per ostium  
 necessitatis subivit gloria, juxta  
 egregiam Gregorii Nysseni ratio-  
 cinationem homil. 3. in Eccles.  
 & orat. de mortuis; par fuit, in-  
 A 7 tegu-

tegumentum esse, quod honestando item capiti, suum usum haberet.

Adversus primum finem adhibendi operimentum capiti, quo fovéretur & prohiberetur injuria, videtur adduci posse frequens olim usus (teste Polydoro) habendi semper caput intectum. Sic Ægyptii, tantum in gravissimo luctu operiebant capita; Extra eum eventum nudi erant, ut est apud Herodotum lib. 3. *Sub initium.*

Judæi in jejuniis & mœrore, operiebant capita, non quomodocunque, sed illud obvolventes undique, lacinia togæ ab humeris reducta. Et sic opertus incescit David, 2 Reg. 15. fugiens truculentiam Absalonis. Item in jejuniis, quia lugebant, operiebant capita, juxta illud: *Operui in jejuniis animam meam.* In mœrore item, ob defectum longum pluvie, Judæi Jerem. 14. operuerunt capita. Reliquo tempore, nudis erant capitibus, ut contendit Sancius Actor.

Actor. 19. Num. 10. & Sopranis digress. de re vestiar. Judæorum, disp. 2. cap. 1. §. 1. refragante licet Abulensi in cap. 13. Levit. q. 10. qui passim, & in communi vita Hebræos (uti nobis nunc ex usu est) incessisse tecto capite existimavit; allegans quod Leprosi vetarentur capita operire Levit. 13. & quod summus Sacerdos ibidem cap. 21. caput aperire vetaretur. Quæ peculiare prohibitions viderentur supervacaneæ, si Judæi omnes in communi vita habuissent intesta capita. Quamquam apertio capitis super mortuo, vetita Sacerdoti, intelligitur de rasura. Cæteræ vero rationes, tantum probant, in certis occasionibus, Hebræos togam ad cervicem adhærentem, tegendo Capiti adduxisse, etiamsi ut plurimum essent intesto Capite, nec ullum haberent certum ac determinatum operimenti genus, Capiti duntaxat tegendo addictum, non galerum, non pileum, non aliud quid-

quidpiam tale. Erant ergo nudicapita, ut plurimum, in vita communi. Neque enim capitis nuditatem excludebant tæniæ illæ, sive vittæ, quibus fluentem cæsariem extra luctum coërcebant & religabant, non foeminae tantum, sed & viri. Erant enim admodum angustæ, puta minimi digiti latitudine, & in modum coronæ cingentes capita, ad capillos circum tempora coërcendos. Unde quia tempore luctus, vel tondebatur coma, vel sinebatur fluere, dicebatur deponi corona. Et idcirco Ezech. 24. ubi Deus vetat lugeri mortuos quos ipse letho daturus erat, sic habetur. *Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis, neque fluent lachryma tua. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua sint in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos luquentium comedes* Et mox  
ad



ad omnes, ipse Ezech. *Fili vestri, & filia, gladio cadent; & facietis sicut feci, ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus, non plangetis, neque flebitis. Quia vetabat luctum suscipi, vetat præter cætera luctus argumenta, deponi coronam capiti circumligatam, id est, tæniam seu vittam tenuem, quæ præ tenuitate non obstabat nuditati Capitis, in communi Hebræorum usu receptæ, ut afferebam. Emanuel quidem Sa, ad prædictum locum Ezechielis, censuit apud Hebræos, in luctu, verbi gratia, deflendo mortuos, fuisse Hebræis in more, aperto Capite & nudis pedibus esse. At Bellarminus, prolatis variis scripturis, puta 2 Reg. 15. & 19. & Esther. 6. ac Isaiaë 58. confirmat, Hebræos in luctu operuisse capita, & quidem arte & valide appresso tegmine. Hoc enim est quod ait, voluisse Isaïam cum dixit loco annotato;*

*Nun-*

*Nunquid tale est jejunium quod elegerit, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum Caput solum? Hanc Capitis contorsionem quasi circulum, putat Bellarminus, aliud non esse quam operire undique Caput, & tegmen arcte constringere. Idem volebat David Psalmo illo 68. cum dicebat, Operui in jejunio animam meam; id est operui me, & texi Caput jejunando. Hebræa habent, Flevi in jejunio animam meam, id est, adhibui luctus ac fletus signum, operiens Caput; Sicque LXX. intellexerunt Hebræam vocem *stendi*. Nam sæpe verbum *stendi* sumitur pro fletus significatione, sive pro nota luctus & doloris. Ut cum Ægyptii Geneseos ultimo dicuntur flevisse Jacobum 70 diebus, quod S. Hieronymus recte accipit de signis luctus per totum illud tempus adhibitis. Ratum igitur esto, Judæos in luctu & mœrore operuisse Capita, quamvis in communi*

mauni usu nudarent Caput, ut affirmabam.

Apud alias nationes, idem usus frequens erat. De Annibale, Catone Uticensi, & Masinissa, notatum est, quantacunque coeli inclementia urgeret, nunquam operuisse Capita. Idem passim servasse Græcos, observavit Turnebus lib. 8. advers. cap. 4. Idipsum de Romanis docet Kirchmannus lib. 2. de funer. c. 1. Sopranis tract. de re vestiaria Hebr. disp. 2. cap. 1. §. 2. & Lipsius lib. de Amphit. cap. 19. qui excipit paucos eventus tantum, puta Sacrorum, Ludorum, Saturnalium, Peregrinationis, Militiæ. De Saturnalibus Turnebus 8. advers. cap. 4. accipit Martialem lib. 11. epigr. 7. vocantem, *Romanam pileatam*. In luctu item, operta fuisse Romanorum Capita, docet illud Persii Satyr. 3.

*Hesterni capite induto subiere Quirites.*

Alia

Alia lectio probata Schegkio in præmessis Epistola x. habet, *Capite obnupto*. Eodem referri potest, obnuptio capitis suspendorum infelici arbori, ut loquitur Livius lib. i. memorans legem horrendi carminis. Et quanquam Tullius orat. pro Rabirio, id antiquatum docet; unde Verrina V. crimini dat Verri, quod cives Romanos obvoluto capite ad supplicium abduci mandasset; tamen initio alius viguit usus, qui item in aliis luctuosis functionibus tenuit; ut cum quis pro Republica se devovebat & ruebat in mortem, velato capite id faciebat, ut est apud Tullium lib. 3. de natur. Deor. & apud Livium l. 8. Tribunus item plebis, bona alicujus damnati consecraturus, caput velabat tanquam in re luctuosa. Videtis Tullium Orat. pro domo sua. In vere, quod sacrum vocabant, & cæde omnium proximo vere natorum peragebatur, puerorum & puellarum velabant capita,

pita, sicque extra fines suos exigebant, subducta majori crudelitati, hoc est morti, ut Festus tradit, & bene illustrat Pithœus lib. I. advers. cap. 6. Hæc ergo omnia, quod luctuosa & tristia essent, adhibita capitis velatione peragebantur apud Romanos, & manavit is Romanorum usus in luctu, ad plerosque. Exemplum luculentum legitur apud Gregorium Turonensem in vitis Patrum cap. 6. *in fine*. Ait enim mortuo S. Gallo Episcopo Sanctissimo, Arvernenses viros operuisse capita ut in morte uxorum.

Sed ut ad Romanos regrediar, quamvis in luctu, & aliis occasionibus, ex Livio signatis, operirent capita, extra eos tamen eventus erant intecto capite. Quæ potest esse idonea conciliatio dissidii, quod ea in parte agitat Pancirolus cap. de Fibula. Tomo I. qui est de perditorum.


Æque primos Christianos, in-  
tecto

tecto capite exhibet Lucianus in  
 Philopatore. Et persuasum sane  
 plerisque olim fuit, apertione &  
 nuditate conciliari Capiti firmita-  
 tem, quod ex Varrone habet Pli-  
 nius lib. 28. cap. 6. & egregie as-  
 seritur ex Synesio in disputatione  
 pro Calvitio; qua evincit, capita  
 excæsariata firmari & obduresce-  
 re; comata autem mollescere ac im-  
 becilla reddi. Id quod multo ma-  
 gis valet de capitibus, artificioso  
 tegmine, supra naturale capillo-  
 rum operimentum obductis. Unde  
 Herodotus lib. 3. Persarum obte-  
 cta capita, adeo fragilia fuisse tra-  
 dit, ut jactu lapilli pertunderen-  
 tur: contra quam deprehensum est  
 accidere Ægyptiorum capitibus à  
 pueritia apertis. Videbantur enim  
 ærea aut ferrea. Hæc sunt quibus  
 primus ille finis tegendi humani ca-  
 pitis, quati videretur.

Negari tamen non potest, quin  
 nuditas capitis ei plurimum incom-  
 mo-

modare possit. Nam idcirco non pauci, etiam cum usus nudandi capitis vigeret, necessitate adacti, adhibebant capiti integumentum. Notavit hoc de Augusto Suetonius cap. 82. Hippocratem eam ob causam pileatum exprimit vitæ Auctor, quanquam non me latet, varietas placitorum de eo Hippocratis pileo, observata à Pierio lib. 40. Sed quod dixi, est verisimillimum. Periculum à capite supra modum acuto, dictum *χοννοκέφαλον*, produnt pileo uti solitum, quo Capitis incommodum arceret. L. Tarquinius pileum ab aquila ereptum, & alte subvectum, mox vero Capiti restitutum, habuit pro regni omine, ut narrat Dionys. lib. 3. Habebat ergo pileum. Nummos, quibus Constantinus Caput obvelatus exhibebatur, refert \* Eusebius lib. 4. vitæ cap.

\* Eundem nobis aliquo cum senore nummum Dion. Octavianus Sada in notis ad Ant. Augustinum re-presentat, sed quem eiusum jussu filiorum in demortui parentis





cap. 73. De plerisque gentibus idem contra Polydorum notat Brodæus lib. 8. miscell. cap. 17. Quæ omnia docent, etiam cum usus nuditatis capitum vigeat, fuisse, qui ad fovendum caput, illudque incommodis gravibus subducendum, adhiberent integumentum. Idque demum in usum communem transiit; ita ut extra sacra, aut nisi debita alteri, cui quis astet, veneratio, secus suadeat, caput sit opertum atque contactum.

Aio, in sacris ex usu communi nudari capita, quod intelligo de usu Christiano. Nam apud Romanos olim, & apud Hebræos, secus erat. Romani omnibus falsis Numi-

B mini-


*parentis honorem autumat. Quicquid sit una nummi facies Imperatorem Constantinum velato capite, altera eundem quadrigæ insistentem, & protensis manibus, genu flexo, velatoque capite summi quasi numinis opem, non sine certa spe successus implorantem exhibet, sane enim propinquans manui manus non casura in irruum vota, nec frustra futuras preces denotat: si tamen hæc apotheoscos, & in calum pleno cursu properantis effigies non est.*

minibus sacrificabant operto \* capite, præterquam Saturno & Honori, ac Herculi. Causas vestigat Plutarchus quæst. 11. & 13. Romana. In aliis facris, operti capite erant. Et ex eo usu, apud Minutium in Octavio, sic legitur: *Nudi cruda hyeme discurrunt, alii incedunt pileati, scuta vetera circumferunt, pelles cadunt, mendicantes vicatim Deos ducunt.*] *Tutulum* dictum illud capitis operimentum, à Sacerdote sacrificante adhibitum, ex Numa Pompilio in Pontificalibus, notat Fulg. lib. de vocibus antiquis V. *Tutulus*. Alia addit Gyraldus syntag. 17. Histor. Deor. & Interpretes ad illud 3. *Æneid.* quo Helenus *Æneam* monebat, ut transgressus æquora, positis aris, meminisset.

*Purpureo velare comas adopertus  
amictis.*

*Ne*

\* Confirmant hoc duo subjecta numismata, quorum primum Caligula sacrificantis Augusto, secundum Domitianus est, sacra Minerva facientis.



*Ne qua inter sanctos igneis, in honore  
deorum*

*Hostilis facies occurrat,*

Et ad illud.

*Et caput ante aras, Phrygio velatus  
amictu.*

Lucretius lib. 3. eodem respexit cum  
dixit,

*Nec pietas ulla est, velatum saepe vi-  
deri,*

*Vertier ad lapidem, atque omnes acce-  
dere ad aras :*

*Nec procumbere humi prostratum, &  
pandere palmas*

*Ante Deum delubra.*

*Velatum* ibi, non refertur ad lapi-  
dem, sed ad personam velatam, quæ  
versus lapideum simulachrum vela-  
ta vertebatur. Videndus Livius lib.  
23. cum de Manilio Prænestinorum  
Prætor. Idem lib. 10. *Si conspiciat-  
tur*

*tur cum apice ac lituo, capite velato victimam cadat.* Varro lib. 4. de lingua Lat. *Ricam*, ait, à ritu dictam, quod Romano ritu, fœminæ, sacrificium cum faciunt, capita velent. Apud Propertium lib. 2. eleg. 19.

*Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta jacebit.*

Apud Plautum in *Amphytr.* actū 2. sc. 1. ab *Alcmæna* parturiente, Dii operto capite invocantur: Et apud eundem in *Curcul.* actū 3. sc. 1. unus quispiam operto capite *Æsculapium* salutat. *Alopsus Vates* apud *Valerium Flaccum* lib. 5. Manes venerando, caput obnubit. Et quia hic erat mos patrius Romanorum, *Macrobius* I. *Saturn.* cap. 10. ritum sacrificandi Saturno aperto capite, vocat *institutum peregrinum*. Et lib. 1. *Saturn.* cap. 8. ac lib. 3. cap. 6. vocat eum ritum *Græcoticum*, à Romano quo sacrificantes & orantes capita operiebant,

discrepantem. Nam Itali, Authore Ænea, operiebant capita in religio-  
 sis functionibus, ut est apud Aure-  
 lium Victorem in Breviario Rom.  
 Histor. ac apud Festum V. *Saturnia*.  
 Nec aliter accipio, quod est apud  
 S. Cyprianum initio libri de Lapsis,  
 ubi describens constantiam SS. Con-  
 fessorum, qui in tormentis fortes  
 perstiterant, & urgentibus Ethnicis  
 nunquam assensi erant ut sacrifica-  
 rent, sic habet: *Illustres manus,*  
*quæ non nisi divinis operibus assueve-*  
*rant, sacrificiis sacrilegis restiterunt.*  
*Sanctificata ora cœlestibus cibus, post*  
*Corpus & Sanguinem Domini, profa-*  
*na contagia & idolorum reliquias re-*  
*spuerunt. Ab impio sceleratoque vela-*  
*mine quo illic velabantur sacrifican-*  
*tium capita captiva, caput vestrum*  
*liberum mansit.* Singulare est, quod  
 velamentum quo caput operiebatur  
 inter sacrificandum fidei, erat ex  
 panno albo, ut notat Acron ad Odam  
 35. libri primi (Juxta Servium in  
 I. Æneid.

1. Æneid. manus obducebatur panno albo, ) Factum id, insinuando albori & puritati : quo pertinere potest illud Symmachi lib. 4. epist. 42. *Alba velamina, non Segmentati amictus, fidem vestiant.* Liqueat de usu Romanorum in operiendis capitibus inter sacrificandum & orandum. In quam rem plura addensat Schegkiius in Præmessis Epistola X. & Briffonius lib. 1. formul. pag. *mibi* 40. Idem ab Hebræis servatum, affirmabam. Turpe enim ac probrosum ducebant, orando aperire capita : idque ab Hebræis haustum, in usu esse apud Turcas, scribit Giergiovitz lib. 1. de Ceremo. Turcar. cap. 1. de Hebræis late id profequitur Abul. in cap. 13. Levit. post q. x. cum de leprosi capite nudando. Observat enim, Hebræos cum alibi, tum maxime in templo, instantes orationi, velasse capita, operatos caputiis : id quod eos fecisse docet imitatione Mosis, non audentis

aspicere contra Deum, ad rubi conspectum, & idcirco abscondentis faciem suam tegendo caput caputio. Sacerdotes quoque idcirco, ait Abulensis, habuisse varia capitis regumenta, quæ ibi describit minutatim, ut sacris operando semper haberent caput velatum, quod colligit ex cap. 28. & 29. Exodi.

Causam hujus ritus sunt qui ad reverentiam, ac veluti verecundiam comparandi coram Deo, reducant. Quod enim notavit Brassicanus in adagiorum farragine, capitis operimentum, nota est pudoris. Qui enim verecundantur, (ut Theophrastus in characteribus dixit) faciem & caput operiunt. Unde apud Plautum non uno loco, frons perfricta & inverecunda signatur his vocibus, *adeo nudo & aperto capite*. Et in convivio Alcinoi Odysseæ β. Ulysses canentem Demedocum audiens, præ verecundia caput operit. Et apud Arbitrum juvenis,  
*Exc-*



*Execratus anicula insidias caput operni.* Socrates apud Platonem in Phædro, ad parum pudicam orationem, caput operit; quem locum notavit Antonius Julianus Rhetor apud Agellium lib. 19. cap. 9. Helenam verecundantem, Q. Calaber lib. 14. paralipom. caput operientem inducit. In ipsa denique divina Scriptura, quod Cherubin suam ad Deum reverentiam testantur, ad totius capitis obnuptionem pertinet. Atque ita Hebræam vocem *Panaf*, accepisse videtur Chaldæus Isaïæ 6. & passim Patres ac Interpretes, operimentum capitis Seraphinorum, ad verecundiam eorum de suo imperfecto in Deum affectu, referunt, & ad metum reverentialem, quo astantes tantæ Majestati corripiebantur. Similiter ergo possumus philosophari de ritu operiendi capita inter orandum, apud Hebræos recepto. Nec multum abest,

quod eum ritum Abulensis supra,  
refert ad subjectionem & timorem;  
quorum index est capitis velatio;  
habere enim supra caput aliquid,  
est signum subjectionis ac metus.  
Unde Apostolus, velamen capitis,  
vocat *potestatem*, quia est nota timo-  
ris & subjectionis, quæ spectabant  
ad legem Mosaicam in timore &  
subjectione constitutam. Nec mi-  
nus commode S. Epiphanius Hær.  
80. *quæ est Messalianorum*, indictum  
Judæis, in sacris operimentum ca-  
pitis, refert ad Christi capitis no-  
stri obductionem respectu Hebræo-  
rum. Neque enim patens illis & ma-  
nifestus erat Christus, ut hodie est:  
idcircoque lecturi Mosis libros,  
velabant capita.

Nec è contrario, orantes & sa-  
crificantes, caput aperimus: nam  
lex nova est lex perfectæ libertatis,  
ut Jacobus cap. 2. vocavit, nec ti-  
more, sed amore ducimur: quam  
duorum Testamentorum differen-  
tiam,

tiam, ipsis *Ecclesia & Synagoga* vocibus insinuatam, S. Augustinus frequentissime agnoscit. Idcirco sacrificamus & oramus nudatis capitibus. Ago de Catholicis. Nam Armenii, qui communi amictu sacrum faciebant, attendendi non sunt. *Eorum Episcopi*, (inquit Isaac in 2. aduersus eos Inuectiva, hæresi 25.) ac *Prepositi*, nedum sacris operando caput tectum habent; sed & inter celebrandum, duplex capitis operimentum assumunt; sicque duplici pileo rem sacram peragunt. Catholici è contrario fere omnes, præ reverentia nudant capita super sacrificium. Nec potest opponi positio amictus super caput sacrificantis. Nam amictus super os Casulæ revolvitur, ut notavit Rupertus lib. 1. de div. offic. cap. 19. Tametsi primo superponitur capiti, quia spineam Domini coronam exhibet. Idque spectantem Episcopum Alexandrinum, cum aliis quibusdam Episcopis, sacrificasse

tecto capite, scribit Simeon Thes-  
 salonicensis; affirmans, visos sibi  
 ea ratione melius repræsentare spi-  
 neam Domini coronam, vel fuda-  
 rium quod fuerat super caput ejus.  
 Et de his valet quod Alcuinus lib.  
 I. de div. offic. cap. 38. ait, Græ-  
 cos inter sacrificandum gestare pi-  
 leos, seu *Cuphias*. At è contrario  
 Simeon Thessalonicensis ait, toto  
 Oriente, (iis paucis quos refere-  
 bam exceptis) omnes Episcopos &  
 Sacerdotes, aperto capite sacrifi-  
 care, ut juxta Paulum honorent  
 Christum caput suum. Et quia par  
 est, inter sacrificandum esse eo  
 habitu, quo quis inauguratus est.  
 Atqui is qui consecratur, accipit  
 consecrationem capite denudato,  
 præsertim Hierarcha, cui in conse-  
 cratione caput nudatum habenti, li-  
 ber Euangeliorum superponitur. Is  
 usus est toto Occidente sacerrimus;  
 ita ut ne pileolum quidem inter sa-  
 crificandum gestare liceat, ullave  
id'

id consuetudine præscribere, quæ potius vetustas erroris dicenda est, quam consuetudo, ut bene ex S. Cypriano Epistola ad Pompeium, dixit Franciscus Meinardus, disputatione de Juribus Episcoporum pag. 59. agens contra perpaucos quosdam, etiam inter consecrandum capite obvolutos; haud dubie pileolo mobili. Neque enim qui sutiles ac textiles (ut Tertullianus loquitur lib. de cultu fœmin. cap. 7.) alieni capitis exuvias capitibus suis supparant in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, (*Calceum Capitis*, quod ex corio fiat, appellat Martialis lib. 12. epigram. 45. alias 37. Vulgo *Perruque*) jubentur illud capitis operculum sacrificando deponere; cum unum moraliter faciat cum capite, nec à coma nativa internoscatur; contra quam accidit in calcantica sive pileolo, cujus idcirco usum super sacrificium

ficium Ecclesiastica decreta plane  
 vetant, ut refert Gavantus in Com-  
 ment. ad Rubr. Missalis p. 2. ti-  
 tulo 2. Unde tametsi olim ad cele-  
 brandum ex causa cum pileolo, fat-  
 erat necessitas celebrantis, absque  
 alia licentia, ut vult Ugolinus de  
 potestate Episcopi cap. 16. §. 2. n. 3.  
 Saltemque sufficiebat facultas Epi-  
 scopi, aut facultas Superioris, si age-  
 retur de Regularibus; juxta tradita  
 ab Henrique lib. 9. cap. 26. num. 2.  
 & à Laymanno tract. 5. cap. 6. num.  
 6. tamen nunc, facultas dispensan-  
 di, ut sacrificetur cum pileo, est so-  
 lius summi Pontificis. Notatque  
 Scortia lib. 3. de Missa cap. 4. Gre-  
 gorium XIII. ægre dispensasse cum  
 Niciensi Episcopo, ut excepto Sa-  
 cro Canone, posset esse opertus pi-  
 leolo, reliqui sacrificii tempore. Ex-  
 cutit late hoc jus novum, Anellus  
 Persicus lib. 2. de præcipuo Sacer-  
 dotis officio cap. 3. dub. 8.

Piis fidelibus ex usu olim fuisse,  
 pileo-

pileolum deponere ad recitationem Euangelii, colligo ex Hildeberto in opere metrico de sacrificio Missæ, qui veniens ad ritum recitandi super sacrum Euangelii, ait.

*Plebs baculos ponit, stat, retegittque  
Caput.*

Tres attingit uno versiculo sacros usus, in reverentiæ notam adhiberi solitos ad Euangelii lectionem, positionem baculorum, stationem, & capitis refectionem. Positio sive abjectio baculorum, vel spectat depositionem ensis per accinctos, uti nunc assolet cum acceditur ad tribunal pœnitentiæ, vel ad sacramentam : Nam præ reverentia, & ad testandam subjectionem, qui accincti sunt ponunt gladios; quos non est novum *dici baculos*; cum plerumque vagina, & operimentum externum ensis intus abditi, sit baculus viatorius, qua de re alibi ex Martiale, ipsoque Christo vetante usum hujusmodi virgæ seu baculi, ense  
intus

intus abdito velut gravidi, cum simplicis virgæ usum alibi concedat Apostolis viatoribus : vel certe poni baculos cum audiebatur Euangelium, erat, baculum materialem, qui ad manum alicui esset, deponere ad significandum non esse opus alio præsidio, homini qui Euangelio auscultaret. Addit Hildebertus stetitisse populum. Assurgimus enim audientes Euangelium, ad obedientiæ significationem : idque fecisse etiam Regem & simul deposuisse diadema, S. Chrysoströmus testatur hom. in illud, *attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus*. Stare enim, est expectantis nutum mandantis heri : quamquam stabant fideles incurvi ac cernui, ut est apud Anastasium I. Decretali prima, & Pamelius in Liturg. initio quinti seculi, recte illustrat. Retectio denique capitis, non erat submotio galeri, qui in ipso Ecclesiæ ingressu submovebatur, multo



multo magis inter audiendum factum. Erat ergo resectio capitis, deposito pileolo. Nam si coram Rege caput adeo nudandum est, ut ne pileolus quidem contegens superfit; quanto magis coram Deo, cujus vox est Euangelium, & qui adeste censetur, ubi adest codex Euangeliorum, ut docebat ritus antiquus locandi super throno exquisite ornato codicem Euangeliorum in media Concilii aula; in signum presentis & Concilio presentis Christi; quod in Concilio Ephesino ac Florentino servatum constat. Retegebat ergo caput submoto pileolo plebs fidelis, cum Euangelium legebatur, astans venerabunda, & subjectionem suam testans Christo Regi suo, quasi presenti, idque volebat Hildebertus. Quare multo minus, Sacerdotem sacro operantem, cum verbis Christi utens, ipseus Christi Corpus conficit, obit.

obitque tremenda & horrenda mysteria, fas est pileolum capite præferre, sed nudandum est caput in subjectionis & reverentiæ testimonium. Et ita accipienda est mandata sacris mystis apertio capitis super sacrificium.

Fuisse hunc quoque usum Græcorum Ethnicorum, ut sacrificarent aperto capite, scribit ex Varrone Gyraldus Syntag. 17. histor. Deor. In ara maxima idem à Romanis servatum, habet Macrobius lib. 3. Saturn. c. ex Balbo. Et rationem addit C. Bassus, quia ara maxima ante adventum Æneæ in Italiam constituta erat; ante quod tempus ex usu erat sacrificare aperto capite; quod ab Ænea primum ajunt immutatum, ne in agri Laurentis parte sacrificans ab hoste perceptus abrumpere sacrificium cogeretur. Alii id referunt ad habitum simulachri, quod in ara maxima erat capite operto. Ne igitur qui ibi sa-  
cri-

crificabat, Numen æmulari videretur, aperiebat caput, præter morem alibi receptum sacrificandi operto capite. Sed ritus Romanis antiquiores in Italia, aliud ferebant; & aliud item (ut dixi) habuit usus Græcorum, qui semper erant aperto capite inter sacrificandum. Utique ad testandam Numini subjectionem in sacrificio, quod ad supremæ Dei potestatis recognitionem dirigitur. Ac proinde qui illud obit, eo debet esse habitu, qui reverentiam præferat, qualem ex communi sensu præfert caput apertum.

Erat hæc (ut præmittebam) altera occasio aperiendi caput: ad venerationem quippe pertinere visum est, tam nobilis membri nudationem. Verum est, hunc usum non ubi-vis olim viguisse, aut etiamnum vigere. Nam alicubi ad testandam venerationem, non aperiebatur caput, sed caput contactum inclinabatur, vel corpus universum capite aperto  
in-

incurvabatur. Alibi osculum manui imprimebatur; de quo usu Pithecæus 1. advers. cap. 7. Sinæ, fronte humum feriunt, ex antiquo in hanc rem apud eos more. Caput autem aperire, apud eos nefastum est, nec nisi iis qui ad supplicium rapiuntur, aperiunt capita. Unde qui ex eis fidem Christianam suscepere, tunc tantum capita aperiunt, cum ad Sacramentum Pœnitentiæ accedunt, ut criminosos se fateantur; alias autem aperto sunt capite. Et cum apud eos incongruentissimum esset, Sacerdotem sacrificantem esse aperto capite, exoranda fuit facultas à Summo Pontifice Paulo V. ut fas esset tecto capite sacrificare, qua de re inferius, cum de pileo quadrato. Japones pedem calceo exuunt. At Romani, quod notavit Alciatus lib. 8. parergon. cap. 10. Si tecti capita in virum honoratum incurrerent, ea aperiebant. Idque Syllam erga Pompeium solum servasse, Sallustius in  
 fra-

fragmentis est author, & Plutarchus in *Causis*. Nimirum signa reverentiæ & honoris, cum sint ex instituto, possunt variis locis ac temporibus varia esse, imo pugnantia. Usus tamen aperiendi capitis ad testandam venerationem, videtur admodum congruus; quandoquidem membrum principalissimum hominis, veluti exponitur ad nutum ejus qui honore dignus censetur.

Extra binas occasiones propositas, (sacrorum inquam, & venerationis deferendæ) usurpatum jam olim merito est, ut caput tegeretur, ad tam pretiosi membri conservacionem atque tutelam. Et ita primum circa pusiones ac infantes factum, apposito capitibus eorum cucullo, qui postea adhibitus est erga Monachos, ut docerentur infantilem simplicitatem ac innocentiam custodire, ut philosophatur Cassianus lib. 1. de instit. cap. 4. & S. Dorotheus doctri-

doctrina I. num. 17. adducendi infra sectione 14. ubi etiam alia de hoc tegmine proferemus.

Per occasionem necessitatis tegminum capitis, ad tam nobile membrum fovendum atque tuendum, aiebam accessisse plerasque honorificas tesseras, tegminibus illis assutas aut impositas; unde decus & honestatio capitis in usu omnium fere gentium. Et sane honoris insignia nullo corporis membro præferri convenientius possunt, quam capite; quod & membrum nobilissimum est, & eminentissimum, atque adeo maxime conspicuum. Quæ enim è collo suspenduntur, ut torques, aut thoraci vel pallio assuuntur, haud difficile occultantur, & contuentium oculos effugiunt. Facillime item visui subducuntur periscelides, quæ sunt in Anglia tesserae honoris amplissimi, & à Gallis antiquis usurpabantur ut honoris notæ, de quo Henricus Canisius ad epistolam 38.

Alcuni : at quæ capite gestantur , occultari non possunt . Itaque non abs re pleraque hujusmodi honoris argumenta vel signa ad honestandum hominem instituta , capiti imponuntur ; quo ipso caput quoque honestant atque condecorant . Neque verò Apostolus , docens gloriam viri esse habere caput obtectum , & ignominiosum illi esse caput habere nudatum , abhorret à sensu proposito . Tametsi mandat , virum orantem habere caput nudum tempore orationis , quo homo sistit se Deo , illiusque imaginem in se repræsentat , per dominium quod nactus est in mulierem .

### SECTIO III.

*De pileo naturali , utriusque sexus  
æque communi.*

**H**abemus duplex tegminum ,  
(ut sic dicam) capitalium mul-  
nus , tutelam scilicet & honestatio-  
nem

nem capitis : in quo utroque munere , perbelle natura arti præivit. Quam belle enim coma caput & tutatur & honestat ? Tutamen est per se perspicuum : nam & ad arcendum frigus , & ad depellendas injurias capitis ab aëris inclementia , nihil præsentius naturali hocce galero , ut vocat Chrysoſtomus hom. XI. ad pop. Venustas autem & condecoratio capitis ab hac naturali calantica, ejusmodi est, ut merito dixerit Dio Pruseus orat. 35. *Qualisnam fieri possit pileus , vel Arcadicus , vel Laconicus , qui melius capiti quadret , quam sua coma ?* Quid vero è contrario invenustius , capite calvo & capillis nudato ? Renitatur quantumcunque Synesius , & collectis omnibus viribus ingenii , quo valuit plurimum , nitatur suadere , nihil decedere capitis elegantiae ob calvitium. Oculus ipse æquus æstimator , aliud statuit. Monstrant quod dico , artes calvorum aptantium



tium capiti galericulum; & subditi-  
tia coma imponentium oculis spe-  
ctatorum, ne turpitudine nudi capi-  
tis offendantur, quod ab Othone Im-  
peratore factum, Suetonius cap. 12.  
testatur, & facete de more in Phœ-  
bo derisit Martialis lib. 12. epigr.  
45. sic scribens.

*Hædina tibi pelle contegenti*

*Nuda tempora, verticemque calvæ,*

*Festive tibi, Phœbe dixit ille,*

*Qui dixit caput esse calceatum.*

Quod enim galericulus hic ex  
pellibus & coriis pararetur, æque ac  
calcei, non inficete, caput à calvo  
Phœbo *calciari* jocatur. Apud Ruf-  
fum Avienum carm. x.

*Calvus eques capiti solitus religare ca-  
pillos,*

*Atque alias nitido vertice ferre co-  
mas.*

Ridiculum populo conspiciente,  
caput exhibuit ab adversis Boreæ  
spiraminibus.

C

N<sup>am</sup>

*Nam mox detecto nituit frons nuda  
galero,*

*Discolor apposita que fuit ante co-  
ma.*

*Capillamentum* vocat, eoque cæ-  
latum Caligulam exhibuit in ejus  
vita Suetonius cap. 10. Scio non  
semper galericulum tegendæ calvæ  
adhibitum, sed plerumque à fœmi-  
nis, quæ ægrius calvescunt, ad nigras  
vel albentes comas occulendas ap-  
positum, juxta illud Tertulliani lib.  
de cultu fœmin. cap. 7. *Affligitis*  
*præterea, nescio quas enormitates futi-*  
*lium capillamentorum; nunc in galeri-*  
*modum, quasi vaginam capitis & oper-*  
*culum verticis, nunc in cervicem retro*  
*suggestum.* Et mox: *Si non pudet enor-*  
*mitatis, pudeat inquinamenti; ne exu-*  
*vias alieni capitis, forsitan immundi,*  
*forsan nocentis & gehenna destinati,*  
*santo & Christiano capiti suppare.* Ex  
variis alia in eandem rem corrogat  
Adrianus Junius lib. de Coma cap. 7.

Alias

Alias item adhibitum galericulum constat, ad capillos defendendos ab iniquatione: vel ut Plautinam vocem adhibeam *collutulatione* per unguenta, juxta illud Martialis lib. 12. epig. 50.

*Ne lutet immundum, nitidos ceroma  
capillos,  
Hac poteris madidas condere pelle  
comas,*

Itaque ad prohibendam capillitii nativi iniquationem, vel ad ejusdem colorem externa specie demutandum, & ementitionem personæ, (ut de Caligula in nocturnis discurfationibus dixit Suetonius, & de Messalina Juvenalis, describens eam subeuntem Lupanar, *nigrum flavo caput abscondente galero*, quod varii de galericulo accipiunt) adhibitum quandoque galericulum, & ita applicitum ut cutis vera videretur, admitto. Ex primaria tamen & frequentius recepta institutione, ad

probrum nudi capitis avertendum videtur inductus, quia naturalis illius tegminis defectus, non secus se habet ad humanum caput, quam viduitas foliorum ad arborem, & cornium à cornigeris animalibus absentia, unde admodum devenustantur.

Neque ago de foeminis solum, in quibus argumentum magnum laudis à coma ducitur, ut liquet ex poëmate de coma Berenices: & è contrario, comæ & quidem promissæ, defectio in muliere, ducitur ignominia, ut Apostolus quoque attingit, & pereleganter expressit Apuleius lib. 2. *Metamorph. non multum à principio, sic scribens: At vero quod nefas dicere, neque sit hujus rei ullum tam dirum exemplum, si cujuslibet eximia pulcherrimeque foemina caput, capillo exspoliaveris, & faciem nativa specie nudaveris; licet illa cælo dejecta, mari edita, fluctibus educata; licet inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni gratia-*

rum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama vorans, calva processerit; placere non poterit, nec Vulcano suo Quid, cum capillis color gratus & nitor splendidus illucet; & contra Solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet, ac in contrariam gratiam variat aspectum; & nunc ut aurum coruscans in lexem mellis deprimitur umbram, nunc corvina nigredine coeruleos columbarum colli flosculos amulatur, vel nunc guttis Arabicis obunetibus, & pectinis arguti dente tenui discriminatus, & pone versum coarctus, amatoris oculis occurrens, ad instar speculi reddit imaginem gratiorem? Quid? cum frequenti sobole spissus cumulat verticem, vel proluxa serie porrectus dorsa permanat? Tanta denique est capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veste, gemmis, omnique cetero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit,

*ornata non possit abire.* Idem monstrat usus decalvandi adulteras, de quo Petrus Faber lib. 3. semestr. cap. 21. & 22. Fœminas item Christianas ab Ethnicis ignominia causa decalvatas, habetur ex Actis S. Martinæ cap. 6. quæ eam ob causam acriter exposulavit cum Alexandro Imperatore. Idem habetur ex Actis S. Faustæ, & ex Actis S. Charitinis.

Non igitur de sequiori duntaxat sexu ago, non de venustationem à defectu naturalis galeri agnosco; sed etiam de viris, quos capillitio decorari monstratum est à R. P. Theophilo Raynaudo in opella, cui titulus, LAUS BREVITATIS, & illustrari præterea potest, ex eo, quod pulchritudo cœli, quæ juxta Siracidem species est in visione gloriæ, confertur cum pileo, à Juliano orat. 5. cum agit de pileo stellato Atydi per Cybelem imposito; quasi eodem plane modo cœlum

lum tellurem condecoreret , quo præclararum comæ tegmen nostra capita. Quanquam non sicut venustas fœminæ ex capillitii promissione proxime petita est , ita in viro , similem comæ prolixitatem ad decus pertinere contendo ; qui sciam plerisque sapientibus , memorato proxime opere adductis , quin etiam Apostolo dispicuisse in viris comæ nutritionem. Præter cæteros vero S. Gestacus fertur in comatos conclamasse ; & capilli , quos alicui rescuisset , non renascebantur ultra mensuram à Sancto Viro definitam , ut est in ejus Actis cap. 9. S. Simeon Salus , petiit à Deo & exoravit , ne cresceret coma capitis sui. S. Godefridus Ambianensis Episcopus , in die Natalis Domini coram Roberto Flandriæ Comite , repulit super sacrum , oblationem omnium prolixè comatorum instar muliercularum. Quamvis igitur studiosa comæ nutritio , promissionis ejus affectatio virum

non honestat; tamen moderata comæ diffusio consentaneè ad uniuscujusque statum, non modice confert ad virilem speciem. Adeundus in hanc rem præter cæteros S. Ambrosius l. de Noë & Arca cap. 7.

Nugivendus quispiam, argumentum præterea duxerit ex alio naturali pileo: Nam est & alius infantium naturalis galerus, quem aliqui, & decori & tutelæ esse volunt. E triplici enim membrana qua foetus in materno utero obvolvitur; quarum prima *χορίον* seu *secundina* appellatur; secunda *ἀγαλοειδης* à farciminis forma; tertia *ἀμυρῖον* à mollitudine; contingit interdum duas posteriores, faciem ac caput infantis sic obvolvere, ut galeatum videatur. Nomen *Diadumeni* tributum esse Imperatori, qui sic pileatus è matris utero prodierat, scribit Lampridius in *Diadumeno*. Et æque obvolutum Ferdinandum Davalum prodiisse ex utero, notavit Paulus Jovius lib. 1.

Piscar.



Piscar. inde conjectans eximii illius Ducis insignia decora, postea consecuta. Quod si veritate niteretur, (cum sit ineptum & vanum) magnam capitis ab eo tegmine honestationem contineret. Quando in hunc naturalem pileum incidi, nolo prætermissa quæ de eo scribit his verbis Anton. Mizaldus centur. I. memorab. n. 18. *Infantes plerique in lucem prodeunt obducto capite veluti pileo, aut vitta quadam membranosa, vel caputio Monachali; quod maritos in suspensionem suarum uxorum quandoque pertraxit, ut de historia testatur Antonius Guainerius. Ab eo tegmine obstetrices, & deliræ anicula infantibus bona ex colore rubicundo; vel mala ex nigricante, presagire solent. Hinc sane crediderim Gallicum proverbium natum fuisse, il est né coiffé; natus est vittatus vel pileatus, de eo cui ultro suppetunt bona, partumque est amplum à parentibus patrimonium. Non omit-*

*tam, quod obstetrices apud nonnullos, magno solent vendere huiusmodi pileos infantiles, credulis advocatis, qui hinc se adjuvari putant. Auctor Levinus Lemnius. Locus Lemnii habetur lib.*

2. de occultis natur. mirac. cap. 8. Effique eam fatuitatem olim Romanis caudicis persuasam, Lampridius scribit in *Diadumeno*. Ego tametsi tutelam capitis infantilis, dum in inferioribus terræ degit, ex hoc tegmine non inficio; Tamen venustationem ullam capitis, aut infantis ex eo operimento, vel præsignificationem insignis alicujus dotis ei tegmini consertam, non agnosco; repudiavitque etiam eam prænunciationem Delrio 4. Magic. cap. 2. quæst. 7. sect. 1. tractans decimam quartam ariolationem. Itaque non utor hoc naturali galero, ad monstrandum, naturam arti præivisse in tutando & decorando per tegmina adventitia capite: quale argumentum ducebam ex  
vul-

vulgato naturali galero, five ex capillitio.

#### SECTIO IV.

*De primo artificiali inter Christianos  
capitis tegmine, æque commu-  
ni utriusque sexui.*

**E**Xpositis naturalibus humani capitis integumentis, progrediendum est ad artificialia; qualia per Satyram quam plurima congessit Hadrianus Junius in Nomenclatore num. 127. & 128. Sed rudibus duntaxat singulorum notionibus propositis prætergrediens, quod aliud non ferret institutum Lexicographi, cujusmodi ipse eo loco erat. Vix plura dedit Lazarus Baiffius comment. de re vestiaria cap. 19. & 20. quibus capitis fœminei & virilis integumenta recenset. Quare relictus nobis est liber campus, in quo nemine præpediente exspatietur oratio.

Primum inter Christianos capitis tegmen sacrum est & utrique sexui commune, & idcirco hinc attingendum: hoc est, velamen impostum capiti infantis baptizati. Non dico vestem candidam, cujus crebra fit mentio, cum de Baptismi ritibus agitur, (tametsi hæc quoque *Velamenti* nomine insignitur à S. Ambrosio l. de iis qui myster. iniantur c. 7.) Sed ago de velamine soli capiti imposito: quod item scerno à *corona*, quam ex usu erat imponi baptizatis ex myrto, vel palma, aliisve similibus, ut diserte habetur in ordine Confirmationis ex ritu Æthiopum, & apud Severum Alexandrinum, sub finem operis de ritibus baptismi: longe ab erat ab hujusmodi florea corona, velamen capitis de quo agimus; erat enim ex panno. Unde in Concilio apud Belluacum, cujus plagulam refert Gratianus de Consecr. dist. 4.

©. *Si qui voluerit, (est numero 121.)*

vocatur *pannus*. A Nicephoro l. 3. c. 37. cum agit de baptismo pueri Hebræi, vocatur *arcana & mystica galea*. In Ordine Romano, cum describitur ritus Baptismi conferendi Sabatho Sancto, vocatur *Chrismale*. Sic enim ibi habetur: *Deportantur ipsi infantes ante Pontificem, & dat singulis stolam candidam, & Chrismale, & decem siliquas*. Quæ verba expressit Albinus Flaccus lib. de divin. offic. cap. de Sabatho Sancto.

Finem collati, recens baptizato, hujus velaminis, attigit paucis verbis Glossa ad cap. *Siquis*, de Consecr. d. 4. Quod enim baptizati vertex à Sacerdote liniretur Chri-smate, oportuit caput hoc tegmine obvolvi, ne Chrisma difflueret. Et quia unctio Chri-smatis, Symbolum est unctio-nis Sacerdotalis ac Regiæ, propterea veteres hoc velamen exponentes, ajunt, hoc velamen Regii diadematis, aut cidaris Sacerdotalis Symbolum fuisse. Ad Sacerdotium

tium Christianum late dictum, quo omnes baptizati in augurantur in Sacerdotes, juxta S: Petrum, refert hanc unctionem Tertullianus lib. de baptism. cap. 7. verbis illis: *Egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione; de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in Sacerdotium solebant. Ex quo Aaron à Mose unctus est, unde Christus dicitur à Chrismate, quod est unctio, que Domino nomen accommodavit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est à Deo Patre. Verum quia Reges non minus quam Sacerdotes inungebantur ad regiam dignitatem, idcirco ad jus regni in Baptismo collatum ei qui initiatur, refertur chrisma ab aliis Patribus, ut à Salviano lib. 3. de provid. ubi ait, assignatum Christianis esse generationis novæ munus, sancti baptismatis gratiam, divini Chrysmatis unctionem. Scilicet ut sicut apud Hebræos, quondam, id est peculiarem ac propriam Dei gentem, cum Iudiciarius ho-*

nor in potestatem Regiam transcendisset, probatissimos & lectissimos viros, per unguentum regium Deus vocavit in regnum, sic omnes homines Christiani, cum post Chrisma Ecclesiasticum omnia Dei mandata fecissent, ad capiendum laboris premium vocarentur ad coelum. Quæ accipio de inunctione Chrismatis in Sacramento præcise Christianis ad salutem necessario, hoc est in Baptismo. Eam enim Chrismationem à Sacerdote in vertice factam, aliam fuisse à Chrismatione Confirmationis, recte agnoscit, priorem suam opinionem retractans, Pamelius ad librum Tertulliani de Baptismo num. 48. & bene asseritur à Fevardentio ad 1. Irenæi cap. 18. n. 7. ac in appendice ad Castrum V. *Baptismus* hæresi 8.

Commodius ad Regiam simul & Sacerdotalem dignitatem mystice Christianis per Baptismum obvenientem, referri possit ea in Baptismate inunctio, per Chrisma, quod passim

passim pro utriusque dignitatis Symbolo proponitur. Ita insigniter Augustinus in appendice ad Sermones 40. novos, Serm. 3. & creditus Cyprianus de unctiōe Chrismatis. Itaque consequenter, hoc velamen ad utramque illam dignitatem pertinere censetur. Ita perspicue Rabanus l. 1. de instit. Clerico. c. 29. *Tegitur* (inquit de baptizato,) *post sacram unctiōem, caput ejus mystico velamine, ut intelligat, se diadematis Regii, & Sacerdotalis dignitatis portitorem, juxta Apostolum; vos estis* (inquit) *genus Regale & Sacerdotale, offerentes vosmetipsos Deo, hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, & reliqua. Nam Sacerdotes in veteri Testamento, quodam mystico velamine, caput semper ornabant. Ivo similiter serm. de Sacramentis Neophitorum. Completis jam Baptismi Sacramentis, cum baptizatus de fonte ascenderit, sacro Chrismate ungitur in vertice, ut cognoscat se promotum esse in*  
*Re-*



Regium genus & Sacerdotale; id est, ut à Christi consortio, vocetur Christianus, & æterni regni sit coheres, &c. Exinde traditur Christiano vestis candida; ut qui primæ natiuitatis decorem, vetustatis pannis obfuscauerat, habitu regenerationis, gloriæ præferat indumentum. Tegitur etiam post sacram unctiōnem ejus caput sacro velamine, ut intelligat se diademate Regni, & Sacerdotali, (sicut dictum est) dignitate potiri. Similia Gulielmus Durandus lib. 6. Ration. cap. 82. num. 15. nisi quod velamen de quo agimus, vocare videtur rotundam mithram, & ad Regnum mysticum referre; vestem autem candidam, ad Sacerdotium item mysticum. Græci tametsi non inungebant verticem Baptizati, tamen hoc tegmen capitis adhibebant in Baptismo, ad significationem mysticam, non Regni aut Sacerdotii, sed tutelæ militi Christiano in tam pretioso membro necessariæ. Unde

*galea*

*galea vocabatur, ut colligitur ex illo Nicephori loco, quo describit pueros imitantes ritum Baptismi, Lacinias vestis linea dividentes in partes, simulachra amictus, qui in talibus usurpantur, faciebant, & super caput mysticam galeam præclare efformabant.*

Quia vero omne decus nobis in Baptismo collatum, promanat à Christi sanguine; ejus mentio facienda merito fuit in hoc Symbolo ornamentorum per Baptismum advenientium. Baptismus sane non est in aqua solum, sed in aqua & sanguine, juxta Apostolum. *Quid est enim aqua sine Cruce Christi? Elementum commune, sine ullo Sacramenti effectū.* Verba sunt S. Ambrosii lib. de iis qui initiantur cap. 4. Eoque spectavit Theophanes Nicænus lib. contra Judæos, adductus à Turriano lib. 2. de dogmat. character. vocans Ecclesiam, *Porphyrā*; & Christianos, *Porphyrogenitos*, quia nascuntur  
in

in purpura, hoc est in Christi sanguine; quo aqua, Christianorum uterus, perfundatur necesse est, ut ad Christiani regenerationem fiat idonea. Itaque ut id significaretur, panno illi, de quo agimus, alicubi insuebatur filum rubeum, ut scribit Gulielmus Durandus lib. 6. Rationalis cap. 82. num. 17. & 18. ut intelligeretur aquas nostras genitales, rubrari sanguine; quod de mari rubro in nostri Baptismi typum dixit Prosper p. 1. de promiss. cap. 38.

Gestabant Neophyti hoc capitis tegmen per octiduum a Baptismo, æque ac vestem candidam. Et ita colligitur ex D. Augustino serm. 160. de tempor. cap. 2. ubi hæc præter cætera. *Hodie octave dicuntur infantium: revelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritalis natiuitas, proprie autem carnis natiuitas seruitutem* ] Revelata post octiduum, ait capita infantium, (quo nomine,

ut mox exponit, etiam adulti corpore, tunc baptizati donabantur, quia facti erant infantes Dei;) At reuelatio illa caput, remotionem tegminis caput operientis supponit. Itaque illuc usque gestabatur sacrum hoc velamen: Et cum deponeretur, poterat adhiberi ad tegendum alium, quod de veste candida non erat in usu. Nam hæc unicuique propria erat, ut notavit Vicecomes lib. 5. de Baptif. cap. 15. & perspicuum est ex narratione quam de Murita & Elpidophoro contexit Victor Uticensis lib. 3. persecut. Vandal. At velamentum capitis, de quo agimus, poterat esse usui in alio Baptismo, juxta illud Concilii Belluacensis apud Gratianum c. Si *Quis*, de Consecrat. dist. 4. *Si quis uoluerit Chrysmate pannum iterum linire, & super alium baptizatum mittere, non est absurdum,*

Duravit velamen hoc capitis recens baptizatorum, sat longo tempore;

pore; cum ejus meminerit Ivo Car-  
 notensis, qui seculo duodecimo in-  
 eunte florebat. Post illum tamen vi-  
 detur abiisse in desuetudinem. Un-  
 de ab Hugone Victorino, (qui non  
 ita multo post vixit,) nulla fit ejus  
 mentio, in satis minuta rituum Bap-  
 tismi expositione, quam adhibet  
 lib. 1. Erudit. Theolog. de Sacram.  
 c. 19. & 20. Fini autem cui hoc ca-  
 pitis tegmen deserviebat, nempe  
 prohibendo effluxui sacri Chrisma-  
 tis, ejusque dehonestationi, si ca-  
 put recens, linitum mansisset inte-  
 ctum, alia ratione consultum est;  
 nempe absterfione sacri Chrismatis,  
 adhibito albo gossypio. Neque ta-  
 men prorsus oblitterata est usurpa-  
 tio hujus ceremoniæ, quandoqui-  
 dem, (ut Pamelius notavit, expo-  
 nens ritus Baptismi in notationi-  
 bus ad librum Tertulliani de Bap-  
 tismo,) usus etiamnum viget, ut  
 post Baptismum & unctionem verti-  
 cis à Sacerdote peractam, imponatur  
 capiti

capiti baptizati vestis candida; ad  
 usus antiqui memoriam, quo caput  
 baptizati obvolvebatur sacro te-  
 gmine, statim à baptismo & verti-  
 cis inunctione.

## S E C T I O V.

### *De Operimento fœminei capitis universe.*

**A**D artificialia capitis humani  
 tegmina delabens, ordior à mu-  
 liebribus; quod juxta Apostolum  
 maxime proprium sit fœminei ca-  
 pitis, operiri. Priusquam vero sigil-  
 latim dicam, prætermittendum ge-  
 neratim est aliquid de fœminei ca-  
 pitis operimento.

Congruere fœmineo capiti teg-  
 men quo operiatur, Apostolus di-  
 fertè tradit I Cor. II. Ubi interro-  
 gatus à quibusdam Corinthiis, sal-  
 vusne esse deberet mulieribus usus  
 patrius, procedendi aperto capite,  
 respondet, id esse plane indecorum;  
 nec

nec tam videri debere consuetudinem, quam corruptelam meritissimo recidendam. Et quanquam Apostolus non agit de mulieribus aliò quam ad orandum procedentibus, & in templo vacantibus orationi, tamen rationes ejus perspicue ferunt, omnem foeminae processum in publicum intecto capite, esse indecorum ac refugiendum. Argumentatur ergo in primis Apostolus ex eo, quod mulier subjecta sit viro, velut capiti suo, & toti è quo decisa est, ut bene expendit ibi creditus Ambrosius; ac proinde velanda sit in signum subjectionis. Perinde enim esse videtur, mulierem intonsam esse, ac invelatam. Tonsuram autem comæ muliebris (extra religiosum ritum, de quo postea; & extra paucos eventus ex causa idonea, quos Apostolum non exclusisse, bene notat Turrianus ad l. i. constit. Clem. cap. 3.) omnes habent ut probrosam, quia amolitur naturale signum

gnum subjectionis, viro à muliere debitæ. Et idcirco Tertullianus l. de corona militis cap. 14. tegmen capitis fœminei, vocat *humilitatis fœmineæ sarcinam*. Et lib. de vel. Virg. c. 17. vocat *jugum illarum*. Concilium Gangrense. cap. 17. vocat *subjectionis memoriam*. Chrystomus I Cor. 11. *Signum muliebris subjectionis*. Roborat Paulus hanc argumentationem à contrario. Probrosus quippe est viro caput inter orandum obtegere, quia ipse Deo soli subiectus est; & principatus divini terrena imago. Unde non debet subjectionis ad terrenum quippiam indicia præferre, sed caput habere nudum.

Agit (ut vides) Apostolus, de viro & fœmina orantibus; & hanc in signum subjectionis, vult, precando ad Deum adire contactam: illum vero in signum exsolutionis à mulieris potestate, vult esse nudo capite inter accedendum ad Deum. Si tamen aliquando testanda viro esset sua ad Deum



Deum subjectio, non vetaret Apostolus, virum donare tegmine capitis eam subjectionem testante. Quo pacto eliditur apparens collisio Apostoli, & Auctoris homiliae de uno legislatore, perperam inscriptae Divo Chrysofomo. Is quippe Auctor expendens amictum Pontificis Aaronici, cujus prima pars erat tiara caput operiens, sic differit: *Quandoquidem Pontifex caput erat populi, par erat, eum, qui caput esset omnium, in capite ejus rei symbolum exhibere.* (Absoluta siquidem & remissa auctoritas ferri nequit; qua vero sui imperii symbolum impositum gerit, legi subjicitur & paret.) Itaque jubet caput minime esse nudum, sed cooperatum, ut discat populi caput, se caput habere. Idcirco etiam in Ecclesia, cum ordinatur Sacerdos, Evangelium Christi capiti imponitur; ut discat, quamvis sit omnium caput, se tamen legibus istis subjici; & eum qui omnibus imperet, legis imperio subesse, eum-

D

que

que qui omnibus dat mandata, à legibus mandatum accipere: Propterea nobilis vir quidam ex veteribus, cui nomen Ignatius, quique Sacerdotio simul & martyrio decoratus fuit, ad Sacerdotem quendam scribens dicebat; nihil sine tua voluntate geratur, neque item tu quicquam absque Dei facias voluntate. Quod igitur impositum habeat Euangelium Pontifex, signum est, eum esse sub potestate constitutum. Propterea dicit Paulus de muliere qua velamen habebat, quod erat imago potestatis. Erat igitur tiara figura potestatis.

Esto igitur, si quando viri ad Deum subjectio sit testanda, operiat vir quoque caput suum; at in quotidiana precatone in publico Ecclesie cœtu, ubi promiscue viri mulieresque conveniunt, par est, ut gloriam & imaginem Dei se exhibeat, atque adeo præferat apertum caput. Neque ob præsentés Angelos necesse est caput operiat, cum ipse

ipſe quoque ſit quodammodo Angelicæ dignitatis, ut S. Baſilius lib. de vera virginit. philoſophatur. Mulierem vero, quia propter virum facta eſt, eique reverentiam & obedientiam debet, par eſt habere caput obductum; ſive (ut Apoſtolus loquitur, poteſtatem, *ἐξουσίαν* ſupra caput habere propter Angelos. Id eſt, ut malos Angelos inter orandum & de ſpiritu concipiendum, ea ſigni ſubjectionis ſuæ oſtentione confundat, ut S. Paulinus Epistoła 4. ad Severum ſcite & pie admodum diſerit. Quanquam de ſenſu qui magis literæ inhæret, actum plene tractatu de ſobria ſexus mollioris per ſacras homines frequentatione capite 8. à Theophilo Raynau-do. Sed hæreamus in loco propoſito.

Vox *ἐξουσία*, quam ibi uſurpat Apoſtolus, proprie ſonat potentiam, & authoritatem. Unde quod Latine apud

Marcum c. 6. legitur, *dedit eis potestatem spirituum immundorum*: Et Joannis I. *dedit eis potestatem filios Dei fieri* Græce est ἐξουσία. Et apud Luc. c. 22. *qui potestatem habent super eos, benefici vocantur*; Verbum Græcum est ἐξουσία quod sonat, dominari & potestatem habere, ut etiam Plato epist. 3. δυνάμιν ἐξουσίας facultatem & jus dominandi appellavit. Mulier ergo orans debet habere super caput potestatem, id est tegmen capitis, quod testetur mulieris subjectionem ad virum, & viri in eam principatum, & auctoritatem à Deo naturæ institutore collatam. Eaque gestatio adeo decet mulierem, ut accipere vel habere potestatem, passive intellectum, idem sit quod esse feminam. Locus est in eam rem insignis, Ecclesiastici 47. ubi Siracides describens probrosam Salomonis mulierositatem, ait: *Inclinasti femora tua mulieribus, potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria*

*gloria tua.* Quid sit Salomonem habuisse in corpore suo potestatem, varii varie exponunt, ut late profequitur Pineda lib. 7. de Salom. c. 7. n. 4. Nam aliqui id accipiunt de miro Salomonis corporeo robore in consuescendo mille uxoribus. At hoc est à scopo Sapientis alienissimum. Janfenius accipit de potestate, verius licentia, abutente suo corpore. At textus primigenius aperte sonat subjectionem, sive potestatem passivam, non activam. Verus itaque & genuinus Siracidæ sensus est, exprobrare Salomoni, non quod habuerit ipse potestatem & dominium in corpus suum; sed quod præ summa enervatione corporis per monstruosam libidinis effrænationem, adeo degenerasset à mascula fortitudine, ut veluti transfisset in foeminam; ita videretur habuisse in corpore suo potestatem, id est tegmen foeminei capitis, indicem effoeminationis, & veluti degenerationis in mulierem,

præ subjectione naturali ad virum,  
 obnoxiam potestati siue velamento.  
 Qua ratione de Hercule effœmi-  
 nato dictum est actu 1. Hippol. *Cri-  
 nem mithra pressit*. Et Phryges ab  
 effœminatione, dicti *Phrygia*. Ea-  
 dem loquendi forma, Joannem VIII.  
 quod à mascula Nicolai decessoris  
 fortitudine desciscere visus esset,  
 jactatum est, esse fœminam. Unde  
 fabula de Joanne Papissa, quem men-  
 dacii & nugacitatis fere frustra re-  
 vincunt, Panvinius, Baronius, Re-  
 mondus, ac Leo Allatius; cum verif-  
 simus sensus ex quo Joannes audivit  
 fœmina, sit quem attigi. Et è con-  
 trario, mulieres si quæ virili animo,  
 quasi in viros evasissent, donatæ sunt  
 nominibus masculinis; ut Melania  
 dicta est *Melanius*, vel *Melanium*;  
 Albina audivit *Albinus*, ut bene no-  
 tavit Rosvedius ad epistolam 44.  
 S. Paulini. Et S. Franciscus, referen-  
 te Pisano lib. 3. conformit. 4. part. 2.  
 Jacobam matronam Romanam ma-  
 sculei

seulei pectoris, volebat vocari *Fratrem Iacobum*. Salomon ergo habuit in corpore suo potestatem, non scus ac Hercules canente Deianira, nullam muliebritatis notam rejecit. Et idem de Sardanapalo habet Justinus lib. 1. & de quodam Syriæ Rege Dio orat. 4. Mulier autem, hanc potestatem viro probrosam habere debet. Nam si omittat demissionem suam signo illo externo testari, incurret in odium Sanctorum Angelorum, Ecclesiæ præsidum, qui superbam, & debitæ viro reverentiæ ac subjectionis signa dedignantem, averfabantur. Hæc Apostoli argumenta, universaliter probant, decere ubivis in publico fœminas velamentum capitis. Et hanc fuisse Apostoli mentem, confirmat, Tertullianus lib. de vel. Virg. *fere per totum*. De Melania Romana ita scribitur in ejus vita apud Surium Tomo 1. Unde liquet de ejus mente in hoc negotio, & de B. Pauli juxta

D 4

eam

eam sententia. *Erat quidem hæc lex apud Romanos, ut nullus vir nec mulier ad Imperatorem aut Imperatricem operto capite accederet. Ea vero legem nihil curans velata accessit: non Tyrannorum mores, sed Paulilegem maxime dicens oportere conservare; qui non sinit mulieres nudo capite incedere.* Late de hoc Apostoli præscripto, præter Interpretes ad hunc locum, Andreas Sauffayus lib. de mystic. Gallix scriptor. in Paulo ritu 10. & in S. Lino præcepti Paulini renovatore, ritu 2. qui recte notavit Centuriatores centur. 1. l. 2. cap. 10. occasione illius præcepti allatantes S. Linum, quod ad rem minimam & Pontificia cura indignam descenderit, proponendo præceptum de velamine capitis mulieris, non advertisse, se eadem opera Apostolum impetere, cui non est visum indignum Apostolica cura, eo se demittere. Ita Illyricus & socii, spurcitiam suam atque lasciviam pro-



proidentes, quibus obnubi mulieria capita, ita ut libere non possint oculos plenos adulterii, indignum visum est Pontificia sollicitudine.

Explorata ergo est mens Apostoli, de mulieribus in publico velandis. Idem semper tulit omnium benemoratarum gentium usus. S. Macarius homil. 12. *sub finem*, ait mulieres Apostolorum tempore, loco velaminis habuisse crines passos. Sed hoc non video quam vere dicatur. Apud Hebræos enim jam à gentis exordio velari ac contegi sexus feminei capita ex usu fuit. Ita ferunt verba Abimelechi ad Saram divina revelatione ab injuria ereptam. *Hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes qui tecum sunt, & quocumque perrexeris memento te deprehensam.* Sensus est, Abraham vere vir tuus, cui te restituo intactam, erit pudicitiae tuae protector, cui hoc veluti flammeo, quali nubentes & illuc

D S                      usque

usque intactæ, sponso tradantur,  
 te addico puram. Idque omnibus  
 in quos incidet testatum volo. Ute-  
 re hoc flammeo, ut omnes te uxo-  
 rem norint; ac deinceps quisquis  
 Abrahamum esse virum tuum re-  
 scierit, à te & ancillis tuis oculos  
 avertat. Manusculum quo te dono,  
 erit omnibus in signum quod sis  
 velata, & viro astricta. Quare ne  
 deinceps illius conjugium verbo  
 ejures. Memento te hac ex cau-  
 sa deprehensam in simulatione pe-  
 riculosa, & specie mendacii, quæ  
 posset in causa esse ut ab alio tan-  
 quam viro non alligata, vitiare-  
 ris. Itaque *velamen oculorum* de  
 quo agit Abimelech, est tegmen  
 subducens oculis contuentium ca-  
 put & faciem Saræ. Ita eum lo-  
 cum exponunt, Prado in cap. 12.  
 Ezech. ad vers. 18. Delrio ad c. 20.  
 Genes. Nec me movent quæ in  
 contrarium late urget Salazarius  
 cap. 3. Ifagoges in Cant. §. 4. (in  
 quem

quem his pridem conscriptis inci-  
 di, ) & Martinus Roa tom. 2. sin-  
 gular. lib. 3. cap. 4. subdens cap. 5.  
 suam expositionem, qua vult, *per*  
*velamen oculorum* significari præ-  
 textum, ne videatur & incurrat in  
 oculos domesticorum Saræ, injuria  
 ei illata, cum abducta est in domum  
 Abimelechi. Sed non adscribo;  
 quia nulla erat injuria Saræ, quod  
 ad regium conjugium non renitens  
 & viro non addicta ( ut putaba-  
 tur, & vir ejus afferebat ) abdu-  
 ceretur, ipso insuper ejus fratre  
 existimato, optime propter eam  
 habito. Deinde proposita inter-  
 pretatio videtur distorta, & omni-  
 bus retro Patribus incomperta, nec  
 ab ullo interprete hætenus tradi-  
 ta : apud Lippomanum quidem,  
 in catena ad eum locum, inter  
 omnino multas istius loci interpre-  
 tationes, refertur una, qua operi-  
 mentum oculorum sumi dicitur pro  
 prætextu excusationis à Sara ad-

hibendæ, & ad domesticos, & ad externos, cum audituri essent tantam Abimelechi erga Saram liberalitatem. Sed neque ea interpretatio quadrat, cum potius in suspicionem vocanda videretur Sara, præ tanta largitate. Et hic prætextus est longe alius, quam qui ab Auctore cum quo agimus, proferebatur. Quare sistamus assignata primum interpretatione, quæ & simplicissima est, & gemina; fertque velationem faciei foemineæ, inter Hebræos jam à tempore Abrahami invaluisse.

Ufus jam tunc vigens apud Hebræas mulieres, deinceps tenuit, ita ut Tertullianus lib. de corona militis cap. 4. dicat; *Apud Iudeos tam solemne est foeminis eorum velamen capitis, ut inde dignoscantur.* Quod statim confirmat exemplo Rebeccæ, ad primum Isaaci conspectum, invadentis peplum quo velaretur: & exemplo Susannæ, quæ

quæ cum iudicio sifteretur, Danielis 13. operta erat caput, pro more cæterarum mulierum Hebræarum. Quanquam à spurcis fenibus qui videbantur regere populum, iussa est discooperiri; re ipsa quidem, ut vel conspectu tantæ pulchritudinis fœdam cupiditatem pascerent, qua tenebantur, ut Scriptura notavit; in speciem autem, ut ostenderent, Susannam fidem conjugii violasse. Idcirco enim in sacrificio Zelotypiæ num. 5. mulier adulterii suspecta, adducebatur ad Sacerdotem Judicem, capite nudato, ut infinuaretur ejus impudentia; qua transgressionis cubilis sui infimulabatur. *Detecto capite*, (ait S. Cyrillus lib. 14. de ador. eum Numerorum locum verfans) *mulier ad Indicem ducitur, id est non consueto decentique ornatu. Et quænam est hujus rei ratio? Dede- coris namque crimen est, & turpitudinis accusatio. Recordare vero, mu-*

lierem aperto capite orare Deum, à Paulo legis peritissimo, non permit-  
ti; cum velari eam, debere ex ipsa  
natura lege ducto argumento, probet.  
Nam comæ (inquit) ei pro vela-  
mine data sunt. Non ergo decenti or-  
natu mulier erat, quæ de indecenti  
crimine accusabatur. Itaque decens  
& consuetus mulierum Hebræarum  
habitus erat, capita habere con-  
tecta.

Idem apud alias gentes usus viguit.  
De Græcis mulieribus habetur ex A-  
puleio l. 7. Metamorph. ubi Græcæ  
mulieris caput, mitella textili oper-  
tum repræsentat. Næc obstat quod  
Plutarchus lib. de Apophtegm. La-  
conicis in Charilla, & Clemens  
Alex. 2. pædago. cap. 10. docent  
virgines Lacænas intectâ facie, mu-  
lieres operta prodiisse in publicum:  
quod hæ maritum jam nactæ, cui soli  
placere deberent, faciem merito te-  
gerent extra domum & viri con-  
spectum; illæ faciem ostentarent, &  
quasi

quasi publicarent ; inde si placerent, captandæ à maritis. Hoc inquam, ante dicta non convellit. Neque enim virgines Lacænæ erant intacta facie, quod utrumque habebant mulieres jam viris addictæ. Propterea in earum mundo muliebri, numerabantur *Faciales*, vulgo *masques*. Unde in veteribus Glossis adductis à Rigaltio ad Onofandri Strageticon. cap. I. δῶς προσωπίδιον, *Da facialem*. Fuisseque olim eas larvas purpureas, idem Auctor demonstrat. Plinius lib. 12. cap. 14. *personas* vocat. Potuerunt igitur Græcanicæ illæ virgines nudari faciem tecto capite. De Romanis mulieribus velato capite procedentibus, sicut mares nudo & aperto, testis est Plutarchus cap. 14. Rom. Idque astruunt exempla non vulgarium modo mulierum, sed etiam Augustarum, Livix, Marcix, Faustinx, quas nummi antiqui capite obducto repræsentant, addito  
lem-

lemmate PVDICITIA. Pop-  
 pæam item Sabinam, Neronis con-  
 jugem, tradit Tacitus lib. 13. An-  
 nal. nonnisi velatam, (quia sic de-  
 cebat) & infrequenter in publicum  
 prodiisse. Quid quod Valerius lib.  
 6. cap. 3. scribit C. Sulpitii Galli  
 uxorem, à marito rejectam, quod  
 capite aperto foris versatam cogno-  
 visset. Etiam barbaris mulieribus  
 perpetuum fuisse capita tegere,  
 Tertullianus auctor est lib. de vel.  
 Virg. cap. 17. referens, Arabicas  
 mulieres, non caput modo habuisse  
 tectum, sed & faciem, contentas  
 dimidiam frui lucem, procedendo;  
 unum duntaxat oculum liberatas, ne  
 totam faciem prostituerent. Idque  
 apud eas suo tempore retentum ait  
 S. Hieronymus in cap. 4. Esaiæ.

Inter Christianos quoque, hujus-  
 modi velamentum nubentibus esse  
 jam olim adhibitum, docemur ex  
 S. Ambrosio, qui lib. 3. de Virgin.  
 cum retulisset exprobratum sibi  
 esse,





esse, quod puellas nubere prohiberet, consecrans eas integritati, respondet: *Utinam possem flammæ nuptiale pro integritatis mutare velamine*, Et lib. de viduis. *Suassimus (fateor) ut vestem mutares, non ut flammæ sumeres*. Scite in exhortat. Ad Virgines, cum præmisset Virgines esse nubes leves & lucidas; addit è contrario de conjugatis. *Nubes sunt & graves nubes, que nupserint. Namque à nubibus verbum nubentium tractum arbitror. Denique operiuntur ut nube, cum acceperint nuptura velamina. Et vere graves nubes, que sustinent sarcinam matrimonii. Nam etiam gravari alio feruntur, cum semina conceptionis acceperint*. Non pugnat hæc notatio nubendi, cum ea quam ex ipso S. Ambrosio lib. 1. de Abrah. cap. 9. retulimus superius, ducta ex eo, quod puellæ caput obumbretur pudoris gratia. Nam *nubes quoque, ab operiendo & obnubendo sunt*.

sunt dictæ. Quæ nubendi & nuptiarum notatio Ælio & Cincio apud Festum V. *Nuptia*, merito est probata, explosis aliis frivolis notationibus ibidem adductis. Quod ergo inter Christianos quoque, sponsa nubens velamine operiretur & obnuberetur, merito verba quoque *nubendi & nuptiarum*, apud nos usurpantur. Apud S. Ambrosium, quia hoc velamen à Sacerdote imponebatur, vocatur *velamen Sacerdotale*. Sic enim habet Epistola ad Vigilium. *Cum ipsum conjugium velamine Sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia?* Et eodem pertinet quod Siricius Papa, Epistola ad Mediolanenses contra Jovinian. Ait, *nos sane nuptias non aspernanter accipimus, quibus velamine intersumus.* Videtur hanc ob causam, hoc est quia velamen à Sacerdote imponebatur, & certa prece sanctificabatur, dictum esse

*cæleste.*

*cœleste velamen* à Nicolao I. ad Consulta Bulgar. cap. 3. cum explicat ritus nuptiales Latinæ Ecclesiæ; ubi etiam addit, tale velamen non suscipi in secundis nuptiis, sicut neque suscipitur benedictio, quia receditur ab unitate, cui soli Deus in conjugiiis benedixit. Quod autem Nicolaus, non puellæ duntaxat, sed utrique conjugii velamen à Sacerdote impositum significet, non est opus eo loquendi modo dictum arbitrari; quo ob nexum, quod unius proprium est, alteri item adscribitur: Sed potest simpliciter accipi ut sonat; cum hodieque in plerisque Ecclesiis in usu vigeat; ut sponsus & sponsa inter exprimendum coram Sacerdote consensum, velo operiantur. Sicut olim sub thalamo, id est sub velo suspenso utrumque inumbrante, contrahebatur nuptiale foedus, ut advertit Sancius proleg. 3. in Cant. & in cap. 2. ad illud, *sub umbra illius*

*illius quem desideraveram sedi ; sub quam umbellam, quia sponfus & sponfa admodum ornati subibant, nihil mirum, soleni orientem, Psal. 18. dici procedere ut sponsum de thalamo.*

Fuere tempore Tertulliani, quibus videretur usum adeo universalem tegendi fœminea capita, ab Apostolo ad Corinthios firmatum, ad solas fœminas virum expertas pertinere saltem in templo : nam extra templum quidem, usum ubivis receptum servabant, ut diserte tradit Tertullianus cap. 13. cujus hæc est oratio. *Quid singula persequor? solemnem manifesta paratura totam circumferunt mulieritatem. Sed virginiari volunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes quod toto suggestu proficientur. Si propter homines habitu abutantur, impleant illum etiam in hoc, ut & apud Ethnicos caput velent. Certe in Ecclesia Virginitatem suam abscondant, quam extra Ecclesiam celant. Timent*

ment extraneos, revereantur & fratres: aut constanter audeant & in vicis Virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Laudabo vigorem, si aliquid & apud Ethnicos Virginitatis nundinarint. Eadem natura foris, quæ intus; eadem institutio apud homines & apud Dominum, eadem libertate constat. Quo ergo foris quidem bonum suum abstrudunt, in Ecclesia vero promulgant? Hanc abusioem Tertullianus toto eo libro potenter evertit; ut Virgines quoque etiam in templis, tecta debere præferre capita, accuratissime confirmet. Nec assentior nupero scriptori, qui disp. 3. de re vestiaria Judæorum cap. 1. §. 6. librum illum à Tertulliano jam Montani somniis dementato conscriptum ait, & contra usum Ecclesiæ Virgines habendi invelatas, pugnare contendit. Sed hæc omnia gratis dicta sunt, & præter cæterorum omnium mentem.

Quoad fœminas vero, supponit  
Ter-

Tertullianus, ut per se notum ex usu receptissimo, & Apostoli mandato, indubie ac nemine refragante illas astringente, neque in templo, neque alibi potuisse tegmen capitis abjicere. Unde cap. 17. sic concitatur in quasdam mulieres, ad quas orationem convertit, post discussam Virginum causam. *Sed & vos admonemus, alterius pudicitiae (hoc est conjugalis) mulieres, quae in nuptias incidistis; ne sic à disciplina velaminis exolescatis, ne quidem in momento hora, ut quia rejicere illa non potestis, alio modo destruat, neque tecta, neque nuda incedentes. Mitris enim & lanis quaedam non velant capud, sed conligant à fronte quidem protecta, qua proprie autem caput est, nuda. Aliae modice linteolis, (credo ne caput premant) nec ad aures usque demissis cerebro tenuis operiuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen audire non possint. Sciant, quia totum caput mulier est.*

est. *Limites & fines ejus, eo usque porriguntur, unde incipit vestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cervice quoque ambiantur: Ipsæ enim sunt quas subjectas esse oportet; propter quas potestas supra caput haberi debet; velamen jugum illarum est. Tantumne? Protenus certe tegmen passim fuisse adhibitum, mox dicam. Sed Tertullianus capitis tegmen, ne in momento quidem horæ rejiciendum, quod in omni rigore, ac etiam intra domesticos parietes, præferre mulier teneretur, exponere eo loco contentus fuit. Et mox idem Tertullianus, Angelum in fomnis Christianæ cui-dam fœminæ, velaminis spatia metatum esse, à capite ad lumbos usque, testatur. Itaque quod cap. 15. dixerat, velamen fœmineo capiti esse galeam, & clypeum protegentem adversus ictus tentationum, adversus jacula scandalorum, adversus suspiciones & fufurros æmulationum,*



num, accipiendum est de clypeo oblongo, quales olim in usu, majorem partem corporis obtegentes. Quamquam aliquæ adeo tenuibus velis operiebantur, ut subtus posita retiola crines complectentia apparerent, & capillorum elegantia in oculos incurreret. Quod cavendum monebat S. August. epist. 109. verbis illis. *Ne sint vobis tam tenera capitum tegmina; ne retiola subter appareant.*

Quod tamen, etiam domi velari mulierem volebat Tertullianus, ex austeriore ejus genio profectum est, nec ab Apostolo Patribusve indutum. Clemens certe Alexandrinus pereleganti in hanc rem loco, contrarium tradit. Ita enim habet lib. 3. pædag. cap. 11, sub finem. *Mulier semper tecta sit, nisi domi fuerit. Est enim honestus habitus, & ex quo nihil possit offensionis suscipi. Ipsa enim nunquam labetur, si & verecundiam & vestem ante oculos posuerit; nec ad pec-*  
E
cati

cati lapsum alium provocabit dum vultum suum aperit. Hoc enim verbum requirit, quandoquidem convenit eam tectam orare. Dicunt autem, *Aeneas uxorem propter insignem honestatem, ne cum Troja quidem caperetur perterritam, se detexisse: sed etiam dum ab incendio fugeret, mansisse coopertam.* Eiusdem operis lib. 2. cap. 10. ad finem, Clemens cum retulisset laudes, à petulantibus quibusdam tributas foeminis, quarum intactas partes quaspiam conspexissent, addit: *Nolo pudicas foeminas præbere talium laudum causam, iis qui per huiusmodi laudes, ut probrum eis afferant, venantur. Nec vero solum calcaneum nudare est prohibitum; sed etiam caput tegere, & vultum adumbrare iussum est. Neque enim honestum est corporis pulchritudinem esse hominum aucupium.* Hæc ratio tegendi caput mulieris, non urget eam, cum intra domum versatur. Video S. Ambrosium adscribi Clementi.

Nam

Nam lib. I. de pœnit. cap. 13. præfatur, non esse alligandum finui ignem impuri amoris, qui amoris, qui edaci flamma libidinis consummat animam, ideoque coërcendum esse vultus alieni aspectum, addit. *Vel consuetudo nos doceat: Ideo velamine obnubit caput suum mulier, ut etiam in publico tuta verecundia sit; non facile vultus ejus in adolescentis oculos occurrat; nuptiali velamine tecta sit, ne vel fortuitis occurribus pateat ad vulnus, vel alienum, vel suum. Sed utrumque suum vulnus est. Quod si tegmine caput velat, ne temere aut videatur, aut videat, (dum enim caput velatur, vultus absconditur) quanto magis velare se debet pudoris tegmine, ut etiam in publico habeat suum ipsa secretum? Quin etiam juxta creditum Ambrosium I. Cor. II. Apostolus mandans ut fœminæ caput velent, non agit nisi de Ecclesia & conventu publico ad psallendum, vel etiam prophetandum. Sic enim format*

Apostoli eo loco argumentationem. *Mulier ergo idcirco debet velare caput, quia non est imago Dei, sed ut ostendatur subjecta. Et quia prevaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, ut in Ecclesia propter reverentiam Episcopalem, non habeat caput liberum, sed velamine tectum: nec habeat potestatem loquendi, quia Episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante Episcopum, quia Vicarius Domini est, propter reatus originem subjecta debet videri. Affine est quod Tertullianus lib. de Cor. milit. cap. 4. observat, Susannam in pomario, & (ut ipse vocat) in stadio mariti, aperto visam capite, in iudicio tamen comparuisse velatam, quia rea venerat, erubescens de infamia sua. Mulier ergo in Ecclesia, coram Episcopo, Iudice & locum Dei tenente, velatur, de suo reatu & investo per eam peccato erubescens; domi autem ad caput velandum non adigitur, quidquid Tertullianus affirmarit, contrarium ut proxime audisti,*

disti, de Susanna fassus. Quod Laurentius Landtmeter lib. I. de vetere Clerico & Monacho part. I. cap. 3. ex Oecumenio I. Cor. II. & ibidem Estio, perpetuum ipse quoque, operimentum ubivis mulieri indictum contendit, audiendus non est.

## S E C T I O VI.

*Sigillatim de profanis usuariis capitis fœminei integumentis.*

**Q**uia juxta Apostolum, prius est animale quam spirituale, & ex seculi fœminis Virgines Deo dicatæ oriuntur, recensebo sigillatim primo loco, tegmina profana mulierum seculi, deinde ad sacrarum mulierum integumenta progrediar, quæ adeo sunt illis congruentia, ut Tertullianus lib. de vel. Virg. cap. 16. hortetur Virgines, assumpto velamine mentiri aliquid conjugii, ut statum Virginum servare possent: Nam subjectio ad virum

per velamen expressa, earum maxime propria est, quarum est ad virum conversio, hoc est quæ nupserrunt. Unde aliquatenus se nuptas mentiuntur, quæ assumunt eam notam, conjugatarum præcipue propriam. Itaque jure ordimur à tegminibus profanis fœminarum de seculo, sive quæ jam viris serviunt, sive quæ destinantur ut serviant, & *Virgines hominum* nominantur à Tertuliano eodem libro cap. 3. nec semel alibi.

Inter hæc capitis tegmina, ordiendum à flammeo quasi initiante mulierem. Nonius enim, \* *flammeum* ait,

\* Post dictam dotem . signatas tabulas, exhibita repotia, prælatas faces, aspersam aquam sequebantur

— Flammea, sollicitum prævelatura pudorem.

Capitis hoc tegumentum erat, lutei, vel si maris flavi, ut vestes nuptiales reliquæ, coloris, quo simul pudori sequioris sexus, & Zeleypie virorum consuebatur, scilicet ut unius aspectui pateret, quæ uni destinabatur, & suberat aliqua etiam omnis religio. ac si perpetuum futurum esset illud consortium, quod sub velamento Flaminice, cui divortium facere non licebat, contraheretur. Flammeolum alii vocant. Consociationis illius



ait, tegmen esse quo Matrone capita operiunt, utique cum nubunt, & Matrone primum dicuntur. Unde Tacitus annali 15. propudiosas Neronis cum Pythagora pocillatore ut viro nuptias referens, cum reliqua omnia

E 4

in

& velandi ritum praesens hic Aurelii nummus exhibet, ubi Imperator publico omnium voto, & auspice Concordia, Faustina sibi matrimonio jungit, sinistra nuptiales tabulas, dextra dextram sponsae praebens: cui Faustina junctâ manu fidem, flammeo pudicitiam, digito ori adposito obsequium & taciturnitatem pollicetur.

in nuptiali pompa adhiberi solita, auspices, faces nuptiales, thorum genialem, intervenisse docet, tum nominatim ait; *Imperatori impostum flammeum*. Et Quintil. declam. 306. vetulam nubentem alloquens; *Operis* (inquit) *flammeo canos*. E contrario S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, ut Virginem notaret consecrandam, ait, *Neptis Christi flammeo reservatur*. *Flammeum* porro aliqui dictum volunt à Flaminica, quæ eo semper utebatur, nec facere divortium poterat. Bene, nisi geminum *m* obstaret, & à colore potius ductum fuisse id nomen, suaderet: erat enim primum flammei, id est lutei coloris, Plinio teste l. 21. cap. 8. & juxta illud Lucani lib. 2. Pharsal.

*Lutea demissos velarunt flammea vultus,*

Sicut luteos nubentis foccos, Seneca exhibet in Medæa. Et insinuat Catullus apud Brissonium de ritu nupt.



nupt. pag. 29. Postea tamen mutatus est flammei color. Nam album fuisse Festus docet; purpureum vero antiquus Interpres Juvenalis ad Satyr, 6. Utrumque colorem nectit S. Isidorus, adductus cap. *Fœmina* 30. q. 5. alborem referens ad vitæ munditiam, purpuram vero ad sanguinis posteritatem; ni mavis eum colorem cum eodem Juvenalis Scholiaſte, referre ad ruboris custodiam eo colore insinuatam; in quem finem adhibitum nubentis capiti tegmen, & ab ea obnuptione dictas nuptias, S. Ambrosius auctor est lib. 1. de Abrah. cap. 9. Ad imitationem nuptialis hujus velaminis, & ob proportionem cum eo, velum consecratum quo piæ Virgines Christo nubebant, dictum flammeum, proxime dixi ex Hieronymo, & infra plenius prosequar. Quanquam quod Latinus Interpres vitæ Chrysoſtomi, per Georgium Alexandrinum cap. 55. cum de sacris Virginibus,

abrepto capitis operimento dehoneſtatis agit, Græcam Georgij vocem *μαφθερα*, expreſſit per Latinam vocem *flammei*, perperam expreſſit, ut mox patebit.

Mitra tametſi nomen eſt polyſimon, proprie tamen ſignificat tegmen capitis muliebris. Non dico ſignificare veſtem (ut male aliquibus viſum apud Petrum Fabrum lib. 1. Semestr. cap. 15.) Sed tegmen capitis. Varias quas dixi hujus vocis notiones, recensuit Paſchalius lib. 4. de coron. cap. 20. & 21. Nam interdum quidem ſumitur pro nocturno virilis capitis pileolo: alias pro fascia, ſeu lamina pectus muliebri conturante, cujuſmodi item æreas mitras interius, circa imam ventris partem geſtabant prægnantes, ad majorem foetus ſecuritatem & indemnitatem, eaſque mitras in primo partu ſolvebant, & Dianæ appendebant: quod dicebatur *Zonam ſolvere* juxta Paſcha-

fchalium : reclamantibus omnibus  
 aliis, qui solutionem Zonæ, referunt  
 ad cinguli novæ nuptæ ex lana ovis  
 confecto, & vincto nodo Hercula-  
 no, exsolutionem per virum. Videtis  
 Brissonium de ritu nupt. pag. *mibi* 25.  
 Sed & *mitra* notio pro Diademate,  
 non infrequens antiquis. Cæterum  
 maxime proprie, *mitra* tegmen fuit  
 ad fœmineum caput operiendum.  
 Sed aliquando quidem sonat capitis  
 muliebris redimiculum, è quo pen-  
 debant fasciolæ, quæ *philla* diceban-  
 tur, quod florum instar depende-  
 rent, ait Onuphrius in calce libri  
 de vocibus Ecclesiasticis obscurio-  
 ribus. De hac *mitra* notione, pro  
 fascia citra apicem capillos obligan-  
 te, videndus Ludov. Cœlius lib. 16.  
 cap. 10. & Prædus ad cap. 21. Ezech.  
 ad illud *tolle cidarim*. Hoc sensu, Ju-  
 dith. cap. 10. dicitur imposuisse *mi-  
 tram super caput suum*. Et apud Na-  
 sonem in Epistola Deianiræ ad Her-  
 culem, subannatur vir,

*Ausus & hirsutos mitra redimire capillos.*

Id quod etiam Iarbas 4. Æneid. ridet in Paride, cum semiviro comitatu. Et l. 10. ridentur Troës obfessi, habentes redimicula mitræ. Alias vero mitra integrum capitis tegmen signat. Quæ videtur notio *mitræ* apud Papinium libro 9. ubi Atlantiades negans se effœminatum, ait, haudquaquam deformes vertice mitras induimus. Lyranus Judith. 10. muliebri hujusmodi capitis tegmen *Calanticam* esse censet. Ipse *Cassam* vocat, Gallice *une coiffe*. Et suffragatus videtur Servius ad locum Maronis annotatum, qui pileum contra-ponit mitræ; & hanc muliebri capiti tegendo, illum virili addicit. Utraque ex variis locis Auctorum illustrata mitræ forma, per multiplicatas spiras, variis locis ac temporibus habuit locum. Quare non abs re mitram inter capitis fœmi-  
nei

nei tegmina recensitam voluimus, non inter nuda ornamenta, cujusmodi erant *vitta*, sive Matronales multiplices, sive Virginales simplices, de quibus plene Bernartius ad ad librum 5. Thebaidos *sub finem*. Matronales autem duntaxat aut virginales vittas dixi, quia famosis mulieribus, æque vittarum ac stolæ usu interdicebatur. Unde Naso, scripta obscœna, non pudicis sed impudicis scripta excusans, aiebat.

*Scriptimus hæc illis, quarum non  
vitta pudicos*

*Contingit crines, nec stola longa  
pedes.*

Et idem iterat, negans se de illis, aut ad illas scripsisse,

*Quas stola contingi, vittaque sum-  
ta vetat.*

Præterea alibi, sic canit in eandem sententiam:

*Este procul vitta tennes, insigne pu-  
doris;*

*Quaeisque tegit medios instita longa  
pedes.*

Non potuit distinctius vittas pudicis innuptis aut nuptis mulieribus adscribere.

Stolam caput quoque mulierum operuisse monstrat illa ejus descriptio apud S. Isidorum lib. 19. cap. 25. *Stola matronale operimentum, quod cooperto capite & Scapula, à dextro latere in levum humerum mittitur. Stola autem Grace vocatur, quod superemittatur. Eadem & ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia ejus pars retro rejicitur, quod vulgo Mavortem dicunt. Vocatam autem dicunt Mavortem, quasi Martem. Signum enim maritalis dignitatis & potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est; inde & super caput mulieris est. Hæc stola, metonymice esse videtur illa instita insigne pudoris in Matronis, de qua Ovidius lib. 1. de Arte proxime adducto disticho.*

*Este*

*Este procul vitta tennes, insigne pudoris*

*Quaque tegis medios instita longa pedes.*

In eodem libro, ut proxime quoque referebam, pudicas describens, vocat,

*Quas stola contingi, sumptaque vitta vetat.*

Matronarum quippe honestarum propria erat stola, juxta illud Cæcinæ Severi apud Tertullianum lib. de pallio cap. 4. *Matrona sine stola, in publico?* Et consonat illud Martialis,

*Quis floralia vestit, & stolatum  
Permittit meretricibus pudorem?*

Et Flaccus 1. Serm. Satyr. 2. eodem respexit, cum dixit:

*Sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas,*

*Quarum subsuta talos tegit instita veste.*

Quia

Quia solæ Matronæ pudicæ stolatæ erant, & stolam ad talos vel medios pedes demissam, ambiebat instita. Et idcirco interdum *stola*, pro Matrona usurpatur, ut apud Papinium, corruptos mores sub Domitiano describentem:

*Omnia plebeio teritur Matrona tumultu.*

*Hinc eques, hinc juvenum cœtu stola mixta laborat.*

Probrosum enim antea erat Matronam & honestam mulierem, in publicum procurrere. At si absque stola apparuisset, exautorasse se videretur; & Lentuli Auguris consultis, pro stupro erat pœna, ait Terullianus cap. illo 4. libri de pallio.

Quod addebat S. Isidorus, *Mavortem* ad stolam & fœminea capitatis operimenta pertinere, firmatur ex Servio ad 1. Æneid. ubi ait; *Ricinus dicitur, ab eo quod post tergum rejicitur, quod vulgo Mavorte dicitur,*



*tur.* Similiter Nonius. *Ricinium*,  
 quod nunc *Mafortium* dicitur. Sui-  
 das cum *cridemnone* idem esse ait.  
 Passio Pauli, ex Lino & Beda in  
 Martyrol. 20. Septembris Faustam  
 & Plautillam *Mavorte* opertas capi-  
 ta, referunt. Et idem ipse fuit teg-  
 men capitis S. Soteris, quæ pal-  
 mis cædi iussa; *ubi audivit hanc vo-*  
*cem, vultum aperuit; soli invelata*  
*atque intecta Martyrio*; ut de ea lo-  
 quitur S. Ambrosius sub finem ex-  
 hortationis ad Virg. & lib. 3. de  
 Virg. attingens martyrium, hujus *piæ*  
*(ut vocat) parentis, ac auctoris generis*  
*sui.* Quomodo ergo Virginis, ut ha-  
 bent tabulæ Ecclesiasticæ 10. Febr.?  
 Erat itaque *Mavors* hujusmodi, aut  
*Maphorium*, ut ex Glossis Arabicis  
 Latinis habet Meursius, & Suidas ac  
 Phavorinus, vel *Mafors* V. Litera pro  
 digamma F. & vicissim de more usur-  
 pata: Erat, inquam, *Mavors*, tegmen,  
 sed latius & potentius, quam ut caput  
 solum contegeret. Unde S. Hieron.  
 epist:

epist. 22. fugillans sacras Virgines ineptientes, & luxum secularem absurde usurpantes, ait præter cætera. *Et per humeros Hyacinthina lana, mavortæ volitans.* Ubi Marianus, notari ait Virginum illarum vanitatem, quæ Mavortem ut ex Cassiano lib. de habitu Monachi cap. 7. patet, angustum alioqui amictum adeo laxum haberent, ut per humeros, quos tegebat, una cum eo Hyacinthina læna illi adjuncta velare videretur. Longe etiam ampliorem Mavortem exhibent acta Concilii Pictaviensis, in causa Regiarum puellarum, & Abbatissæ cœnobii Sanctæ Rade-gundis. Hæc enim à puellis accusabatur, quod ex Mavorte holoserica, per Didimiam donata Ecclesiæ, ornasset sponsam neptem suam, iis in illam usurpatis, quæ pallæ altaris ex tali Mavorte confectæ superfuissent. In statuis eandem Mavortis formam conspici, notat Baronius anno 593. num. 80. recte à matronali Ma-

Mayorte & prælonga & laxa, angustam monachorum, brevemque Mayortem fecernens, de qua rursus Cassianus lib. 4. cap. 13.

Pallia fœminea, quæ item prælonga & laxa erant, caput quoque operiebant. De cujusmodi pallio, valet quod Genes. 24. Rebecca adventantem Isaacum sponsum audiens, cito pallium suum arripuit, & vultum operuit, ut Tertullianus exponit lib. de vel. Virg. cap. 11. nec non S. Ambros. lib. de Isaac cap. 2. ac Hieronym. in cap. 3. Esaia: & scite S. Paulinus in Epithal. Juliani & Iæ, sic canens.

*Pulchra Rebecca sacrum cum sponsa  
veniret ad Isaac*

*Simpliciter velo tecta pudoris erat.*

*Non legitur variis venisse ornata lapillis,*

*Sed super obducto prædita pallio,*

*Quo pudibunda suum texit velamine  
vultum,*

Obla-

*Oblatam sponsi Virgo pavens faciem.*

Esse nuptialem amictum, & una cum capite faciem quoque velasse, ait Nyss. hom. 12. in Cant. *Siegov* dixere LXX. quod esse æstivum pepulum Pollux docet, ac Suidas, & bene Lippomanus Genes. 38. v. 14. ubi de theristro, quod Thamar ementiens fornicariam, sumpsit. Hebrææ siquidem mulieres, pepulum à capite ad talos fere demissum, gestare solebant, quo Virgines & faciem, quantum per viæ initionem licebat, & corpus totum operiebant; Uxoratæ corpus quoque, dempta facie; Fornicariæ autem habitum Virginum ementiebantur, & se totas peplo contegebant, ut fecit Thamar Gen. 38, Unde quod Cant. 1. ait Sponsa, *ne forte vagari incipiam*, juxta textum primævum, sic habetur. *Cur ero quasi desuper amicta, id est, velut meretrix huc illuc oberans,*

rans, quæ est superamicta, & con-  
 tecta per totum, præferens externa  
 specie Virginem, ut procos facilius  
 abducatur? Idem LXX. Ezech. 16.  
 voce novata, hujusmodi theristrum  
 dixerunt *ῥεῖχάστωρ*, de qua voce pulchre  
 ibi S. Hieronymus, qui vertere ma-  
 luit, *indui te subtilibus*: quia hoc pe-  
 plum valde tenue erat & subtile, in-  
 terque ea textilia numerandum, quæ  
 Seneca *nebulam lineam, & ventum  
 textilem* appellavit. Idem Hierony-  
 mus ad Lætam, statuit hoc pallium  
 esse pudicitiae signum, & humeros  
 texisse docet in Epistola de suspecto  
 contubernio.

Quid est autem, quod Luitpran-  
 dus Cremonensis Episcopus, suam  
 ad Nicephorum Phocam legatio-  
 nem describens, Imperatorem Græ-  
 corum ait fuisse theristratum?  
 Idem lib. 3. Historiæ cap. 5. ait,  
 Imperatorem pene laceratum fuisse  
 per canes, ab Hugone Rege missos,  
 eo quod Græcorum more opertus  
 the-

theristro, veluti monstrum canibus apparuisset? Num Theristrum à viris quoque, capiti tegendo adhibitum? Idem Luitprandus describens eandem legationem suam ad Nicephorum Phocam, pag. 102. *Cum pileatus equitarem, (inquit) meque Curopalates à longe prospiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit, fas non esse quempiam, ubi Imperator esset, pileatum, sed theristratum incedere. Cui mulieres, inquam, nostra tiarata, & theristrata, viri equitant pileati.* Aliud plane est virile hoc theristrum à fœmineo, quod peplum à tegendis *iv. 9. ed.* hoc est in æstate & caumate, fœmineis corporibus, est denominatum, ut S. Hieronymus docet Isaïæ 3. & in Hebraicis Traditionibus, utrobique notans, esse pallium & genus Arabici vestimenti, quo mulieres Arabiæ ac Mesopotamiæ tegebantur. Cum Maphorte, aut (ut ipse loquitur) Maphorio, *theristrum* confundit Philo Carpathius

thius in eap. 5. Cant. Apud Suidam Maphorium est operculum capiti colligatum κεφαλόδεσμον, ut apud eum videre est V. κρηίδεμον. Aper-  
tius vero Eustathius iliad ζ. κρηίδεμον ait capitis esse velamentum ad hu-  
meros usque demissum; quod, ne ventorum vi decuteretur, capiti obligaculo quopiam astringebatur; unde à Suida κεφαλόδεσμον est appel-  
latum. Hoc igitur breve capitis operculum, quod non nisi ad hu-  
meros demittebatur, viris quoque in usu erat, ut habetur ex Cassiano, *Maphortem* illud denominante, lib. de hab. Mon. cap. 7. meminitque ejusdem *Maphortis*, cui postea pal-  
lii nomen indit Fortunatus lib. 2. de vita S. Hilarii, Sed & Tertullianus lib. de Pallio cap. 14. Herculem in Theristro fuisse referens, hujus-  
modi maphortem signabat.

Calyptram, Delrio Genes. 24. v. 75. agens de pallio quo Rebecca se operuit, censet idem esse quod  
the-

*theristrum & flammeum nuptiale.*  
 Hadrianus Junius, quorumvis foeminei capitis tegminum nomen esse vult, calyptram. Verum proprie calyptra erat speciale Reginarum tegmen: ut propterea Aëtio pictor, apud Lucianum, Alexandri & Roxanes nuptias repræsentans in tabula, expresserit Alexandrum detrahentem Reginæ calyptram. Plato item in Alcibiade 1. meminit agri in Perside, cui nomen erat *Regina calyptra*, quia agri illius proventus erant attributi Reginæ in sumptus Calyptræ. Sicut pendi solitam Reginæ Lusitaniæ, nomine foccorum, certam pensitationem Acta S. Xaverii produnt. Similia ex Tullio Verrius Athenæo ac Diodoro notat Brissonius lib. 1. de regno Persar. pag. 100. Leges item Dausquejum ad orat. Basiliæ Seleuc. de Adamo. Videtur Calyptra idem esse cum *Regillo*, quod Reginas operuisse & inde nomen traxisse ait S. Isidorus lib.



lib. 19. Orig. cap. 15. Inter supellectilem Deorum atque Dearum, enumeratam ab Arnobio in calce libri sexti, habentur *caliandria*, aut ut alii legunt *caliendra*; quæ videntur esse Regilla & Calyptræ Dearum, ut exposuit Turnebus lib. 23. advers. cap. 27. dicens idem esse quod *recina*, utique restricta ad Reginas, cujusmodi censebantur Deæ omnes. Rursusque lib. 7. cap. 20. *caliandria* Arnobii arbitratur esse ea capitis opera quæ Græci καλύπτρα vocant. quo allegat illud ex 1. Serm. Flacci Satyr. 8. --- *altum Sagana Caliendrum*, ubi non omnes Interpretes veram illius vocis notionem expresserunt. Lambinus enim & alii quidam, Gualtero non improbante, exponunt comam ascititiam. Sed quod dixi, verius videtur. Meminit item *Caliendri* tanquam fœminei pepli, Tertullianus cap. 4. de pallio, exostulans, sui ævi fœminas egerasse omnia, quibus oberrare facile, &

F videre

videre ac videri prohiberentur; & inter cætera, *Caliendum* prætermisisse commemorat.

## S E C T I O VII.

*Sigillatim de tegmine capitis mulierum Deo devotarum, & sacrarum Virginum.*

**U**T in cæteris omnibus præluere exemplo par erat seculi mulieribus atque virginibus, mancipatas Divino obsequio fœminas, sive viduas, sive quas Tertullianus lib. de vel. virg. cap. 3. nominat *Virgines Dei*; ita hac quoque in parte studiose præluxerunt, cum fedulo velantes capita, tum adhibentes tegumentum quod modestiam & humilitatem insinuaret. Nec obest, quod aliquando legimus, virginem sacro velamine operiendam non esse, ante annum ætatis quadragesimum. Sic enim edicitur in Concilio Agathensi cap. 19. & in Concilio  
Cæ-

Cæsaraugustano cap. 8. firmaturque in Majoriani Imperatoris Novella. Imo apud S. Gregorium lib. 3. epist. 11. dicitur, non nisi sexagenariam, esse velandam, hoc inquam non obest antedictis. Quamvis enim velamen sacrum, quod certo ritu ab Antistite consecrabatur, alicubi non imponebatur ei, quæ longi illius temporis in Conciliis prædictis præscripti virginitatem non probasset, tamen cum multo antè virginitatem profiterentur, hoc est anno ætatis 16. vel 17. (ut habetur ex S. Basilio Epist. 1. ad Amphilocho. cap. 18. vel anno 25. ut est in Concilio Carthagenensi III.) nemo non videt velamine usas; id quod S. Ambrosius infinities testatur, sed expressissime lib. 3. de Virginitate. At S. Gregorius non agebat de velo consecrationis, sed de velo prælationis. Vetat enim eligi Abbatissam ante eam ætatem: et verisimile est irrepsisse mendum, ac ubi legitur

*velari permittat*, legendum esse  
*creari permittat*, ut bene conje-  
 cit vir doctissimus Petrus Mono-  
 dus in Hierologio V. *velum præ-*  
*lationis*. Omitto paucas, quas oc-  
 culta flamma concupiscentiæ in  
 ipsa sacra vita vastabat, quas pœ-  
 nitebat professionis, & pigebat  
 confessionis; (verba sunt D. Au-  
 gustini lib. de Sancta Virginit.  
 cap. 34.) addens de aliis: *in qui-*  
*bus est quidam placendi appetitus,*  
*aut de elegantiore vestitu, quam tan-*  
*tæ professionis necessitas postulat,*  
*aut capitis ligamento notabili, sive pro-*  
*tumidis umbonibus capillorum, sive*  
*tegminibus ita teneris utuntur, ut re-*  
*tiola subtus posita appareant.* Has  
 liquet non fuisse de capite obte-  
 gendo sollicitas; sed quæ ini-  
 tæ professionis memores erant,  
 magno studio, ea quoque in  
 parte serviebant modestiæ, &  
 humilitati decenti sacram virgi-  
 nem.

Habe-

Habemus studii prædicti insignia exempla in Actis Sanctorum. Ac primum Sancta Matrona, cum deserto ex revelatione marito, inter viros specie Eunuchi, professa esset vitam Monasticam, deprehensa ex divino viso à Bassiano Abbate, audivit increpantem; *Quomodo cum sis mulier, ad Divina Sacramentâ accessisti nudo & capite, & in pacis salutatione os tuum secure exhibuisti fratribus?* Illa vero, ait Metaphrastes, sanctæ mulieris exercitationem describens 8. Nov.

*Quod ad divina quidem dona attinet (inquit) simulans imbecillitatem, non omnino auferens tegmen quod erat in capite, ita ad Sacramentorum accedebam communionem: Charitatis autem apud fratres signum, nunquam recusabam. Neque enim hominum vultibus, sed hominibus Angelicam imitantibus impatibilitatem, meipsam offerre existimabam.* Admisit excusationem

Bassianus, sed ita ut adderet, *de cætero, ô filia, oportet te vittam tuo capiti imponere, propter legem naturæ.* Non existimabat pius Abbas, fas sibi esse dispensationem interponere in ea lege, quæ mulierem, etiamsi Deo addictam, jubet caput contegere. Acta Sanctæ Melaniæ junioris, quæ à marito Apeniano ex consensu divulgata, Deo se manciparat, aliud studii prædicti exemplum luculentum continent, ut jam supra retuli. Contra legem namque vigentem apud Romanos, ut nullus vir, nec mulier ad Imperatricem aperto capite accederet, Melania legem nihil curans, velata accessit, non tyrrannorum mores, sed Pauli legem maxime dicens oportere conservare; qui non sinit mulieres nudo capite incedere. Sic ibi de accessu S. Melaniæ ad Verinam Imperatricem. Describeus item res gestas S. Rictrudis Hugbaldus Elanensis, refert eam perempto Adalberto

baldo conjuge, cum à Dagoberto Rege ad alias nuptias destinaretur, super convivium cui Rex accumberebat, velum è sinu promptum, suo capiti imposuisse, signum addicti Deo obsequii, & alieni à mortalibus nuptiis animi. *Vt vero* (addit Hugobaldus) *quod in interiori gerebatur homine, id etiam exterior pra se ferret, sicut mentis mutarat habitum, ita mutavit & corporis, &c. Imposuit autem capiti tetrum quendam amictum, ut interioris hominis luctum & pœnitentiam designaret.*

Quis hic esset teter capitis amictus, Rictrudi impositus, æstimare posse videmur, ex operimento capitis, quod adhibebat inter Taberniositas sancta illa virgo anonyma, cui cognomen fuit *Salem*, id est, *insana*, juxta Palladium cap. 41. Lauf. vel à *Damone vexata*, juxta Pelagium lib. 5. vitæ Patrum, libello 18. num 19. Eam in Parthenone, trecentarum, juxta Palladium, imo

juxta Pelagium quadringentarum virginum, vilissimis quibusque coquina ministeriis addictam, & vere juxta Proverbium *Spongiam Monasterii*, omniumque fororum peripsema, Spiritus Sanctus per Pitirum; sive Poyterium Abbatem, cui ab Angelo est antelata, similem fecit in gloria Sanctarum & magnificavit. Monitus enim est Abbas, ut in eo Parthenone quæreret virginem, ipso religiosiorem; & notam accepit: *Vnam ex ipsis illic invenies, habentem in capite coronam, ipsamque cognosce te esse meliorem.* Corona illa quæ esset, sic paulo post exponitur à Pelagio: *Cum ad eum fuisset exhibita, vidissetque panno frontem ipsius involutam, projecit se ad pedes ipsius.* Palladius distinctius: *Aliarum quidem virginum erat ejusmodi habitus, ut essent tonsæ & haberent cucullos in capite: ipsa vero panno caput obvoluta, obibat earum omnium ministerium, &c.* Ea ergo adducta, vidit



*dit magnus ejus faciem, & pannum in capite & fronte ejus, & cadens ad pedes ejus dixit ei: Benedic Amma.*

Ajebam operimentum usufruarium, quod à S. Rictrude abhbitum capiti referebat Hugbaldus, fuisse hujus rationis; fasciam scilicet crassam & vilem, in modum coronæ, incondite obvolventem caput, & in frontem usque demissam, cujusmodi est plerumque in vilissimis ancillis, & rusticanis mulieribus, tegmen capitis. Quanquam velum quoque à S. Amando consecratum, quod sibi super convivium testem calcati seculi imposuerat, adhibuisse non dubito. Sed ea ancilla Dei, anonyma, pro more cæterarum ejus oræ Sanctimonialium tonsa erat, quod de Sancta Rictrude non est proditum.

Hoc ipsum servatum esse in Monasteriis Orientalibus, tradit in hunc modum S. Hieronymus Epist. 48. *Moris in Egypti & Syria monasteriis,*

ut tam virgo quam vidua, que se Deo  
 voverint, & seculo renunciantes,  
 omnes delicias seculi conculcarint; cri-  
 nem monasteriorum matribus offerant  
 deseca<sup>n</sup>ndum; non inte<sup>t</sup>o postea con-  
 tra Apostoli voluntatem incessura ca-  
 pite, sed ligato pariter ac velato: Nec  
 hoc quispiam præter tondentes novit  
 & tonsas; nisi quod, quia ab omni-  
 bus fit, pene scitur ab omnibus. Hoc  
 autem duplicem ob causam de con-  
 suetudine versum est in naturam: vel  
 quia lavacrum non adeunt; vel quia  
 oleum nec capite, nec ore norunt; ne  
 à parvis animalibus, que inter cu-  
 tem & crinem gigni solent, & con-  
 cretis sordibus, opprimantur. En de-  
 fectum capillum, nec tamen inte-  
 ctum caput, sed ligatum pariter  
 & velatum per Sanctas virgines  
 & viduas. De usu illo tondendi sa-  
 crarum virginum capita per Orien-  
 tem, est locus illustris in Actis S.  
 Syncleticæ, conscriptis per S. Atha-  
 nasium cap. 2. Postquam enim nar-  
 ravit,

ravit, eam parentibus defunctis, accepta secum sorore cæca, distribuiffe omnia sua in pauperes, subdit: *Accersito sene quodam provec-tæ ætatis, curavit præcidi comam capitis sui. Tunc enim primum dicitur abj-cisse omnem κόμην, hoc est mundum & compturam. Nam in usu erat apud mulieres, ut comam vocarent κόμην, & cum comam ponerent, dice-bantur posuisse mundum & comptu-ram. Erat autem præcisio ista coma, symbolum, jam animum purum esse, & expurgatum ab omnibus superstui-tatibus & excrementis: & tunc pri-mum dignata est, ut solemnî nomine vocaretur Virgo. Fortassis quia co-ma muliebris est nota potestatis viri in mulierem, juxta Apostolum; ut significaretur, per addictionem puellæ ad Dei obsequium, excussum ab ea esse jugum virilis potestatis, idcirco attondebatur. Sed sunt præ-terea mysticæ causæ complures, de quibus Hipparchus non indiligen-*

ter. §. 5. à num. 9. De vario variis in locis usu tondendi aut non tondendi Moniales late Benedictus Hæftenus lib. 5. disquisit. Monastic. tract. 9. disp. 6. Neque vero eum usum, sacra virginum capita attondendi, absolute reprehendit S. Hieronymus, cum epist. 22. ait. *Sunt nonnullæ exterminantes facies suas, ut appareant hominibus jejunantes, quæ statim ut aliquem viderint, ingemiscunt, demittunt supercilium, & operta facie, vix unum oculum liberant ad videndum: vestis pulla, cingulum sacceum, & sordidis manibus pedibusque venter solus, quia videri non potest, aestuat cibo. His quotidie psalmus ille canitur; Dominus dissipavit ossa hominum sibi placentium: Aliæ virili habitu, veste mutata erubescunt esse quod nati sunt: crimen amputant, & impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt quæ cilicis vestiuntur, & cucullis fabricatis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones.*

Non

Non reprehendit ( ut dicebam )  
 in his virginibus & devotis mulie-  
 ribus S. Hieronymus crinem ampu-  
 tatum & opertam faciem, vix uno  
 oculo ad videndum liberato, quæ  
 ipsa in aliis probaverat. Reprehen-  
 dit ergo duntaxat vanitatem, ex qua  
 ista fiebant ab aliquibus, præsertim-  
 que refectionem capilli fœminei, ut  
 mares viderentur, veste etiam mu-  
 liebri in masculinam commutata;  
 sane illaudabiliter. Aliquando qui-  
 dem ex peculiari inspiratione Spiri-  
 tus Sancti, cui nulla lex est posita,  
 Sanctæ mulieres, viros habitu sunt  
 ementitæ, ut Eugenia, quæ *Eugeni-  
 us* dicta est; Euphrosina, quæ *Sma-  
 ragdus*; Pelagia, quæ *Pelagius*. De  
 Antonina, Theodora Alexandrina,  
 Athanasia, Susanna, Marina, Ana-  
 stasia patricia, Anna Matrona, Apol-  
 linari, Glaphyra, Jachelina, Hilde-  
 gunde, Raderus in *Virid. p. I. 4.*  
 & 20. Septemb. Hallucinatus ta-  
 men quoad Annam Matronam, quæ  
 F 7 dicta

dicta est *Euphemianus*, ut est in Menæis 29. Octobris. Ipse vero Euphemianam quandam excogitat, quæ dicta sit Euphemianus, ab Anna Matriona diversam. Suppetunt item aliarum multarum exempla; Anonymæ apud Sophronium in Prato cap. 170. & Papulæ apud Gregorium Turonensem de glor. Confess. cap. 16. Videndus Baronius anno 316. & anno 527. Honestavit hunc agendi modum peculiaris afflatus Spiritus Sancti; cæteroqui enim prostat divinum edictum, ne foemina virili schemate amiciatur, nec vir foemineo, prospiciente Deo, ne viri effoeminentur, & mulieres sint plus æquo viriles, ut differit Philo l. de fortitudine. Itaque merito arguebantur à D. Hieronymo, quæ talia præstabant, præsertim ad vanitatem aucupandam.

Tectum igitur atque ligatum erat sacrarum virginum & viduarum caput, nonnullo tamen discrimine, & inter

inter ipsas, & inter seculi mulieres. Nam viduæ non velabantur eo velamine ritibus specialibus consecrato; quod erat virginum proprium; juxta illud Gelasii Epist. ad Lucaniæ Episcopos, postquam edixerat servanda in velandis virginibus. *Viduas autem velare Pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sic Ecclesiastica sunt ferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.* Donavit quidem velamine Consecrato S. Rictrudem viduam B. Amandus, ut supra ex Actis ejus retuli; sed id de simplici quapiam benedictione veli accipiendum est, longe alia ab ea, qua vela sacrarum virginum consecrabantur; nisi à S. Amando bona fide factum est, ex ea abusione, quam Gelasius improbavit, nondum tunc extirpata inter suos. Passim velum viduis impositum vocabatur *velum conversionis*, nisi si aliquando

quando late accepta voce, consecra-  
ri dicebantur viduæ quoque, quate-  
nus Deo se addicebant. Qua ratione  
in Concilio Aurelian. cap. 3. (quod  
refertur 27. quæst. 1. can. 16.) sic  
edicitur. *Viduas, quæ spontanea volun-  
tate, ab altari conversionis sacra vela-  
men suscipiunt, decrevit S. Synodus, in  
eodem proposito permanere. Non enim  
fas decernimus, postquam se Domino  
semel sub velo consecraverint, iterum  
eis concedi Spiritui Sancto mentiri.*  
Late accepta voce, (ut præmissi,) di-  
citur vidua consecrare se Deo sub  
velo, & sacrae conversionis velamen  
suscipere, quamvis abesset consecra-  
tio solemnis, adhiberi solita in vela-  
tione & vera consecratione virgi-  
num. Et idcirco Gelasius scribens ad  
Episcopos Lucaniæ cap. 23. diserte  
ait, viduas sub nulla benedictione  
velari. In Concilio Nicæno can. 19.  
ex Arabicis, benedictio viduæ præ  
benedictione virginis, dicitur *bene-  
dictio Laica*, quod est additum valde  
dimi-



diminuens, & pene sonans profanam & non sacram benedictionem. Et in Concilio Triburiensi cap. 25. dicitur; *Vidua, si sponte velum conversationis, quamvis non sacrum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas, oblationem Deo obtulerit, velit, nolit, Sanctimonia habitum ulterius debet habere: licet Sacramento firmare velit, eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere possit.* Aliqui codices mendose legunt, *velum conversationis.* Nam quamvis apud S. Gregorium lib. 7. epist. 18. conversatio sumatur pro vita religiosa, tamen ut plurimum ea vox non nisi addito adjuncto quopiam, *Sancta* videlicet, aut *sacra*, eam habet notionem. *Converso* autem, ut patet ex toto titulo de convers. conjugator. absolute & simpliciter tribuitur iis, qui soluto per viduitatem, aut ultro dissociato quoad convictum conjugio, renunciant seculo. Ejusmodi itaque erat velum viduarum Deo se addi-

cen-

centium. Videfis Suarem tract. 9. de relig. cap II.

At velum virginum sacrarum, illud erat, quod Tertullianus l. de vel. virgin. cap. 10. *honorigeram notam virginittatis appellavit: qua virgines suspiciantur & circumspiciantur, & magnificentur à fratribus.* Et cap. 16. vocat *armaturam pudoris, vallum verecundie, murum sexui fœmineo structum, qui nec virginis emittat oculos, nec admittat alienos.* A D. Ambrosio, in confutatione relationis Symmachi, pugnantis pro præmiis vestalium Ethnicarum, vocatur *ignobile velamen, usu nobile castitatis.* Opponit enim velum Sacrarum virginum Christianarum vittis, quas capita vestalium ethnicarum decorasse testatur. Id quod etiam Prudentius lib. 2. contra Symmachum attigit, cum dixit de Vestali:

--- *Sedet illa verendis  
Vittarum insignis phaleris:*

Idem

Idemque describens Vestalium capillum, in spiras quasdam plexum & divisum, tum vittis illigatum ait;

*Perfundunt quia colla comis bene, vel  
quia cingunt*

*Tempora teniolis, & licia crinibus  
addunt.*

Præ illa ergo Vestalium, diaboli virginum, vanitate in capite ornando, velum Christianarum virginum Deo dicatarum, dicitur à S. Ambrosio *ignobile velamen*, quia constabat crassa & vili materia, & personæ seculum calcanti, & fastui ac pompis secularibus abrenuncianti deserviebat; dignitate tamen, & significatione mystica erat nobilissimum, & nota sublimissimi in virgine gradus.

Hoc ut intelligatur, recolendum est, velum hoc consecratum impositum esse sacris virginibus, ad imitationem quandam veli, quo virgines seculi obnubebantur, cum viris  
tra-

tradebantur ; unde *nubendi & nuptiarum* vocabulum , ut supra notavi ex S. Ambrosio lib. I. de Abrah. cap. 9. Observatque Varro lib. 4. de lingua Lat. & Arnobius lib. 3. mare dici *Neptunum*, quia terras *obnubit*, id est operit , ut nubes cœlum, voce derivata à *nuptu*, id est, *opertione* ; à quo *nuptu* dictæ *nuptiæ*, quia quæ viro tradebatur, velamine obtegebatur. Caper. lib. de Orthogr. *Vir ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque.* Etiam apud Ethnicos, (ait Tertull, lib. de vel. Virg. cap. II.) *velata ad virum ducuntur. Si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculino mixta sunt, per osculum & dexteram, per quæ primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientie pignus, quo totam condixerunt confusionem ; quanto magis tempus illas velabit, sine quo sponsari non possunt, & quo urgente, sine sponsalibus virgines desinunt esse.* Itaque virgo seculi nubens, tegebat

gebat caput, five obnubebatur, indeque *nupta* dicebatur, ut supra contra aliam vocis illius notationem à Fefto adductam, dixi.

Per proportionem ergo ad hoc velamen carne nubentium, virgo facra velamen accipiebat, quia fpiritualiter Chrifto nubebat, ut loquitur S. Innocentius I. Epift. 2. ad Victricium Rhotomag. cap. 12. Idque eft quod S. Hieronymus epift. 27. intendebat, vocans, *Socrum Dei*, matrem virginis Deo confecratæ. Rifit quidem hoc Ruffinus, invehens in S. Hieronymum. Sed hujus auctoritas in Dei Ecclefia eft longe potior, & idcirco illi inhæremus. Verum eft, primariam Chrifto viri fponfam, effe Ecclefiam, è qua progignitur Chrifto nova soboles, ut Apoftolus fæpe tradit, & declarat late Theophilus in tractatione de Cereo Agno. Tamen ad virgines quoque facras, ut Ecclefia partem lectiffimam, eadem denominatio exten-

extenditur. Sunt enim ipsæ quoque absque macula & ruga, ac dignæ Christi consortio, quia Ecclesiæ & Christi conjunctionem purissimam congrue repræsentant. Unde, quia in iis quæ sunt vitiatæ, deest mystica illa significatio, etiamsi vitiatæ essent ante Baptismum, ex D. Augustino lib. de bono conjug. cap. 18. velari & consecrari non possunt. Valetque id etiam, quando vitatio sine culpa & renitente puella intervenisset, ex S. Leone Epist. 87. cap. 5. Et verum quidem est, ex doctrina S. Augustini 1. Civit. cap. 18. quamvis renisus ille possit ad retinendam formaliter virginitatem & jus ad aureolam sufficere; tamen ejusmodi puella defectu significationis propositæ consecrari non potest. Sicut neque Catechumenus bigamus admitti potest ad ordines, ob exclusionem significationis prædictæ per bigamiam. Esto, in foro Ecclesiæ valeat quod Rupertus affirmat

firmat lib. de læsione Virginit. cap. 16. corruptam occulte posse velari & consecrari. virgines autem, & materialiter & formaliter, hoc est vitii cum virginitate materialiter sumpta pugnantis expertes, quia apte Christi cum primaria sponsa sua nientissimam conjunctionem repræsentant, merito censentur sponsæ Christi. Quid in hoc clarius, quam quod spirituale hoc nubendi genus esse ait Optatus lib. 6? & ideo acriter exoptulat, quod Donastitæ, solverent crinem ancillarum Dei, quasi eas jam Christo nuptas velent, sponso non demortuo, qui in æternum vivit & vivet, nubere iteratò. Sed præclare præter cæteros, has nuptias spirituales expressit Auctor libri ad virginem lapsam (sive Ambrosius, sive quispiam alius) cap. 5. *Non es (inquit) memorata diei sanctæ Dominicæ resurrectionis, in quo divino altari te obtulisti velandam. In tanto itaque solemniori conventu Ecclesiæ Dei,*

Dei, inter lumina illa splendida, inter  
 candidatos Regni cœlestis, quasi Re-  
 gina Regi nuptura processeras. Non es  
 memorata, qualis allocutio facta est illa  
 die ad te : Aspice filia, & intueri, &  
 obliviscere populum tuum, quia ipse est  
 Dominus Deus tuus, Aspice ergo, quan-  
 tus ad sponsi tui & Domini nuptias  
 convenerit populus. Servare te oportuit  
 fidem, quam sub tantis testibus pollici-  
 ta es, semper cogitare, cui virginita-  
 tem sponderis. Facilius te oportuit  
 sanguinem cum spiritu fundere, quam  
 perdere castitatem tuam. His tunc in  
 illo die consecrationis tuae dictis, & mul-  
 tis supra castitatem tuam præconiis, sa-  
 cro velamine tecta es, ubi omnis populus  
 dotem tuam subscribens, non atramento,  
 sed spiritu, pariter clamavit, Amen.  
 Vincor lachrymis, cum hæc recordor,  
 compungor stimulis, cum hæc exempla  
 considero. Nam si inter decem testes, con-  
 fectis sponsaliis, nuptiis consummatis,  
 quævis viro foemina conjuncta mortali,  
 non sine magno periculo perpetrat adul-  
 terium ;



terium; quid putes fore si inter innumera-  
 biles testes Ecclesie, coram Angelis, exer-  
 citibus cœli, facta copula spiritualis, per  
 adulterium solvitur; Nescio an possit ei  
 digna mors ac poena cogitari. Dicit ali-  
 quis, melius est ergo nubere, quam viri.  
 Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad  
 nondum velatam. Caterum quæ se spo-  
 ndit Christo, & sanctum velamen ac-  
 cepit, jam nupsit, jam immortalis iuncta  
 est viro. Et jam si voluerit nubere com-  
 muni lege conjugii adulterium perpetrat,  
 ancilla mortis efficitur. Vocat sacrum  
 velamen, quia & conceptis precibus  
 consecrabatur ab Episcopo solo, &  
 ad altare Dei conferebatur: de quo  
 extat apud eundem Ambrosium in-  
 signis locus l. i. de Virg. in ipso fine. Et  
 sicut in Ecclesia, non omnes dies sunt  
 Nuptiales, ita neque virginum conse-  
 cratio atque velatio. Constat, diem,  
 dierum reginam ( ut dicam cum Na-  
 zianzeno orat. 19. & 42. Aug. q. 121.  
 ex utroque mixtim, Ephremo serm.  
 de Cruce Domini, Epiphanio orat. de

resurr. Dom.) his nuptiis fuisse solemnem, consentaneè ad latum postea à Gelasio decretum epist. ad Episcopos Lucaniæ: qui tamen alios præterea dies his virginum cum Christo nuptiis addicit, his verbis: *Devotis quoque Deo virginibus, nisi aut in Epiphaniarum die, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorum natalitiis, sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan (ut de Baptismo dictum est) gravi languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur.* Collati die Paschatis velaminis meminuit S. Ambros. ad virg. laps. cap. 5. & in exhort. ad virg. Quanquam Liberius Papa, S. Marcellinam, ipsius S. Ambrosii germanam, in Salvatoris natali velo sacro contexit; ut scribit ipse S. Ambrosius initio libri tertii de virgin. Et maxime accommodatum censet fuisse talibus nuptiis eum diem, quo virgo posteritatem acquisivit. Et *bonas ejusmodi nuptias*  
 appel-

appellasse in sua allocutione Liberium, ibidem testatur S. Ambrosius. Postea Alexander III. dominicæ cuius diei, velaminis impositionem addixit, de tempor. ordin. lib. I. tit. II. cap. I.

Tandem solemnitatem hanc habitam esse Nuptialem (ut præmissi,) monstrat Augustinus Epist. 179. gratulans Probæ Demetriadis aviæ, & Julianæ matri, nobilissimæ illius virginis consecrationem, ait id esse *cæleste consortium*, id est, conjugium, (ut mox subdit;) quod non habet finem. Et in calce epistolæ, missum ad se velationis apophoretum, testatur. Unde licet æstimare summam solemnitatem, qua hæ sacre nuptiæ peragebantur, cum in eis darentur apophoreta, ut assolet in magnificentissimis nuptiis. Nomen ipsum *velisacri* confirmat quod dico. Dicebatur enim *flammenum virginale*, ad imprecationem Pontificis *Sanctum operiens caput*; ut est apud

S. Hieronymus Epist. 8. *Christi flamm-  
meum, consecrans puellam* vocat Epist.  
48. At hæc vox ut apud Nonium vi-  
dere est c. 14. est vox Matronalis, &  
ad conjugio illigatas pertinens. Et  
diem de *Mitella*. vel *Mitrella* dici  
potest, ut ex Apuleio 7. *Metamorph.*  
habetur. Et tamen eo nomine, Afri  
Cristiani donabant operimentum ca-  
pitis sacrarum virginum, ex lana, au-  
ro ac purpura contextum, ut est apud  
*Optatum* l. 6. ubi flebiliter expostu-  
lat, virgines sacras spoliatas mitrel-  
lis, ab Episcopo impositis, cineribus  
asperfas Capita, & falsa aqua perfu-  
sas, ut exuerent primam consecrati-  
onem; & ritu Donatistarum de no-  
vo consecrarentur, vel potius profa-  
narentur, solventes iterato crinem;  
idest repetentes ritum illum, qui in  
nuptiis crinium solutione adhibeba-  
tur. Veteres enim cœlibari hastâ,  
que in corpore gladiatoris abjecti  
occisique stetisset, nubentis caput  
comebant, iuxta illud ex 2. *Factor.*

*Nec*

*Nec tibi qua cupida natura videbere  
matri,*

*Comat virgineas hasta recurva co-  
mas.*

Aberrant, qui *hastam recurvam* interpretantur calamistrum; Quid enim calamistro & hastæ? Agitur de hasta cœlibari, sacra Junoni, Nuptiarum præfidi, quæ de nomine Sabino *hasta*, dicebatur Junonis Curetis nomine. Videfrs Philippum Beroaldum initio. Annotationum, qui alia in eam rem ex Festo & Plutarchi problematis adducit. Sensus ergo Nasonis est, mense Februario, quem eo libro describit, superse- dendum fuisse nuptiis, & hastæ cœ- libaris admotione, ad discriminan- dam nubentium comam, eo quod nuptiæ eo mense (quippe parentali- bus addicto,) futuræ essent omino- sæ & inauspicatæ. Ejusmodi ritum cœlibaris hastæ suo tempore desue- visse, Arnobius lib. 2. sublato ritus

enumerans, ita monstrat: *Cum in  
matrimonia convenitis, toga sternitis le-  
ctulos, & maritorum genios advocatis,  
nubentium crinem coelibari hasta mul-  
cetis? Quasi dicat, non sane quo-  
ad hastæ gladiatoræ admotionem.  
Nam solutio crinium novæ nuptæ  
retenta videtur, etiam post Arno-  
bium; & inde fortassis manavit, ut  
virgines nondum viris addictæ, di-  
cerentur esse in capillo, quod multis  
testimoniis confirmat Hotomanus in  
Dictionario Feudali V. *In capillo.*  
Ex tali ergo usu solvendi novarum  
nuptarum crines, impii Donatistæ  
virginum sacrarum, pridem Christo  
junctarum, crinem solverunt, qua-  
si tunc primum nubere Christo  
sponso immortalis; cujus connubium  
(quantum ex ipso est,) nunquam  
solvitur. Concinne ergo Afri Chri-  
stiani tegumentum capitis matro-  
narum, conjugio illigatarum, accom-  
modabant Christi sponsis, tanquam  
a sancto fœdere copulatis; nisi  
quod*

quod cum mitra matronarum esset amplior, virginum vero sacrarum angustior, illa simpliciter *mitra* dicebatur, hæc *mitrela* vocabatur; five *mitella* eliso r: quo pacto ea vox legitur apud Tullium orat. pro Rabirio, & apud Apulejum lib. 6. Metamorph. *Mitram* dixit Solinus cap. 30. agens de basilisco. Aurum huic mitræ virginum intexebatur. Sic enim accipio quod Optatus lib. 6. hæc signa professæ voluntatis describens, vocat *mitrellas aureas*, quas à Donatistis projectas queritur, ut alias imponerent. Nihil quippe est necesse arbitrari, hæc capitæ sacrarum virginum ornamenta apud Afros fuisse ex puro auro, vel etiam ex Circello auri solidi integrata esse, qualem in Romani Pontificis Callisti II. phrygio expressit Sugerius Abbas in vita Ludovici Crassi. Aliena esset hæc structura à virginum sacrarum statu, ut per se liquet. *Aurea* ergo *mitrella* dicitur, quæ aureis.

aureis aliquot filamentis intexta erat, cujusmodi haud ita pridem erat tegmen capitis Matronarum. Purpura vero tingebantur hæ Sacrarum virginum mitellæ, ut Optatus docet, ad significandam transcriptionem earum in domum Regis æterni: id quod significasse clavum purpureum, vestibus Monachorum assutum, docet S. Dorotheus doctr. 1. Nisi malis eam purpuram referre ad sacrarum virginum perpetuum martyrium: quo etiam in Monachis referri potuit illud assumentum purpureum. In quam rem plene actum est in Tractatione de martyrio per pestem p. 1. quoad martyrium virginitatis c. 4. quoad martyrium vero religiosæ vitæ c. 3. Quamquam autem sacrarum virginum calyptra, ut plurimum *mitella*, vel *mitrella* dicebatur, ut præmonui; quæ vero matronarum capita tegebat, simpliciter nominabatur *mitra*; tamen aliquando *mitra* nomen, pro



pro virginibus erat in usu, juxta illud Optati lib. 2. de Felice Donatistarum Episcopo agentis. *Compressam ab eo puellam, cui mitram ipse imposuerat; à qua paulo ante Pater vocabatur, nefarie incestare minime dubitavit,*

Quandoquidem igitur velamen consecratum, erat flammeum nuptiale Christo nubentium, merito affirmabam, summam esse hujus velaminis nobilitatem, nec à D. Ambrosio dictum esse ignobile, nisi ratione materiæ. S. Augustinus velationem Demetriadis, nobilissimæ Virginis ex Anicia familia, celebrans ep. 179. decus ab hujusmodi velo præfert dignitati Consulari, quæ apex erat & vertex dignitatum seculi: & gloriosius esse decernit illi familiæ, virgines Christi scæminas habere, quam Viros Consules, mundum. Concludit vero. *Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per divinum consortium præcipuam in*  
G 5.
coelis

*cœlis consecutura sublimitatem, quam  
 si esset per humanum connubium, pro-  
 lem propagatura sublimem. Quan-  
 quam, quia apud Deum nulla di-  
 gnitas æque honestat, atque gra-  
 tia interior, virtutes habens comi-  
 tes, S. Ambrosius in Instit. virginis  
 cap. 17. anteposit velamini adeo  
 nobili & augusto, velamina vir-  
 tutum, sic commendans Deo sa-  
 cram virginem, quam tunc conse-  
 craverat. Non solitaria dos pudoris  
 est. Succingat sacra virginis crinem,  
 modestia, sobrietas, continentia, ut  
 virtutum accincta comitatu, purpereo  
 Dominici sanguinis redimita velami-  
 ne, mortificationem Domini JESU  
 in sua carne circumferat. Hæc sunt  
 enim meliora velamina, quæ sunt in-  
 dumenta virtutum, quibus culpa ob-  
 tegitur, innocentia revelatur. Hoc di-  
 xit S. Ambrosius eodem loquendi  
 modo, quo S. Augustinus mater-  
 nitatem B. Virginis, quæ eminentif-  
 sima est dignitas, postponit Sancti-  
 moniæ,*

monia, qua Christum corde concepit.

Ut hic velaminis virginei, puellam Christo plane addicentis nexus cum Christo esset expressior, eâ externâ specie ejus efformationem præscribebat Petrus Abelardus, quæ ad id esset accommodata. Sic enim fanciebat epist. 8. *Vela sponsarum Christi, non de serico, sed de tincto aliquo lineo panno fiant. Duo autem velorum genera esse volumus; ut alia sint scilicet virginum, jam ab ipso (sponso Christo) consecratarum, alia vero minime. Quæ vero pudicarum sunt virginum, Crucis sibi signum habeant impressum: quo scilicet ipsæ integritate quoque corporis, ad Christum maxime pertinere monstrentur: Et sicut in consecratione distant à cæteris, ita & hoc habitus signo distinguantur: quo & quique fidelium territi, magis abhorreant in concupiscentiam earum exardescere. Hoc autem signum virginalis munditiæ, in summi-*

*tate capitis, candidis expressum filis virgo gestabit. Et hoc nullatenus, antequam ab Episcopo consecretur, gestare presumat. Nulla autem alia vela, hoc signo insignita sint.*

### SECTIO VIII.

*Integumenta Profana Virilis capitis in usu communi, apud varios varia.*

**P**rofana & Sacra fœminei capitis tegmina, profecuti hætenus sumus. Nunc ad virorum integumenta progredimur; initio factò à tegminibus profanis usuariis; dicturi consequenter de tegminibus sacerorum hominum. Inter profana tamen fecernemus tegmina capitis, quæ in usu communi usurpabantur, ab iis, quæ potestatum sublimiorum propria erant, apud Romanos, Græcos, & Barbaros.

Ac primum, quod ad tegmina capitis Romanorum in communi usu  
atti-

attinet, recolendum est, quod sect.  
 2. præmissimus, Romanos passim  
 capitibus nudatis incessisse, extra  
 Sacra, Ludos, Saturnalia, Pere-  
 grinationem, Militiam, grandis  
 Luctus expressionem, ac nomina-  
 tim Damnationem; ac cum Sol aut  
 imber aliudve simile incommodum  
 urgeret: tunc enim capita tege-  
 bant, ut Lipsius lib. de Amphit.  
 cap. 19. & 20. erudite monstrat.  
 Tegebant autem vel togæ parte,  
 vel palliolo, vel pileolo, aut ga-  
 lero, ac posterioribus etiam tem-  
 poribus, linteolo. Quod de toga  
 dixi, diligenter exponitur ab Octa-  
 vio Ferrario lib. I. de re vestiaria  
 capite 10. & 11. Monstrat \* e-  
 nim exeri solitum è toga brachium,  
 & summam togæ oram à dextro  
 G 7 hume-

\* Vt lucem libello, fructum diligentie lectori fe-  
 neraremur, en duas togatorum ideas, quarum prior ex-  
 ertum è toga brachium, & summam toga oram à  
 dextro humero defluentem, sinistro vero insidentem,  
 Altera velatum toga caput, & superiorem togæ par-  
 tem in caput attractam exhibet. Utramque à Ferra-  
 rio mutuo sumpsimus, utramque studiis tuis dicamus.





humero defluxisse. Eandem tamen  
 togæ partem dejectam, cum res fe-  
 rebat, facile fuisse revocatam; ita, ut  
 caput tegeret, aut involveret. Recte  
 summam togæ oram inservisse te-  
 gendo capiti tradit; contra quam  
 Lipsius, qui imam togæ laciniam ad  
 velandum caput tractam censuit. At  
 veteres nummi & lapides, plane  
 monstrant, trahi solitam partem to-  
 gæ superiorem ad cervicem, quæ  
 dextro humero dejiciebatur, & fini-  
 stro insidebat. Idemque habetur ex  
 facto Cæsaris, qui casurus, caput ut  
 in magno luctu obvolvitur, simulque  
 sinistra manu ad ima crura togam  
 deduxit, honestati consulens, ut  
 narrat Suetonius. Et idem fecisse  
 Pompeium cum oppressus est, scri-  
 bunt Dio atque Plutarchus. Non ne-  
 go, quin aliquando rejecta sit pars  
 togæ inferior, ad caput ea involven-  
 dum. Sic enim Scipio Nasica, to-  
 gam imam in rugas contractam ac  
 complicatam capiti imposuit, ut  
 esset.



esset ei pro galea in subito contra Gracchos incurfu, de quo Plutarchus. Et idem videtur accidisse iis, qui præ desperatione, in summo discrimine caput involvebant, reducta toga, aut quibus obtorquebatur collum, vestis circa illud adstrictione & involutione. Sic ille apud Flaccum lib. 2. Sat. 4.

*Nam male re gesta, cum vellem mittere operto*

*Me capite in flumen, dexter stetit. ----*

Et Livius l. 4. agens de plebe, famem non ferente. *Capitibus obvolutis se in Tiberim præcipitaverunt.* Similiter Tullius. Orat. 6. in Verrem: *Quem obtorta gula, de convivio, in vincula atque in tenebras abripi jussit.* Et Orat. 7. *Cives Romanos, capitibus involutis ad necem rapiebat.* Idque est quod obtorto collo, & faucibus intortis vel adstrictis, aut cervice adstricta tractos aliquos legimus apud Plinium l. 7. c. 44. Juvenalem Sat. 10.

Sue-

Suetonium in Julio cap. 62. Tacitum lib. 4. annal. & alios. Veste enim ab imo reducta, & supra caput ac circum collum & fauces intorta, rapiebantur. Et hæc videtur ea *multa toga* de qua Naso 5. Factor.

*Non pudet, & vultus velamine celat  
amictos*

*Oraque sunt multa, regia tecta, toga.*

Tegebantur igitur Romanorum capita per togam, vel summam, vel imam reductam. Facta tamen interdum confectio capitis, adhibito palliolo. Sic enim Suetonius Claudium ægrum, caput palliolo texisse scribit, cum ludum gladiatorium memoriæ matris ederet. Tullius item testatur, Pisonem involuto capite produsse soleatum; quod de involutione capitis pallio facta necessario accipitur, cum neminem soleatum, (qualis tunc Piso erat,) simul fuisse togatum, idem Tullius doceat Philipp. 2. & orat. pro Cœlio. Diferte

ferte Seneca epist. 14. de Mœcenate. *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaret caput, exclusis utrinque auribus.* Plautus item in Curcul. *Isti Græci palliati, capite operto qui ambulant.* Denique Petronius. *Operuerat Ascyrtos pallio caput. Et: Coccino pallio adrasum incluserat caput.*

Alias pileo, aut galero, vel linteo factam obductionem, monstrant varia Autorum loca. Nam pileo usum Tarquinium, constat ex ejus abreptione & in caput repositione per aquilam, ut est apud Dionysium Halicarn. lib. 3. De Nerone sic Suetonius. *Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero, popinas inibat.* In saturnalibus (quippe liberrimæ vitæ diebus,) usurpatus pileus, nota libertatis. Eoque spectat illud Martialis:

*Permittis puto pileata Roma.*

Item illud ejusdem.

*Dum*

*Dumque decent nostrum pilea sumpta  
Iovem.*

De pileo incantato Sereniani Ducis, affectantis Imperium, Ammianus lib. 14. A nonnullis adhibitus pileus Thessalicus, sive petasus, de quo mox. Et ita de Augusto Suetonius. *Domus non nisi petasatus sub diva spatiabatur.* In militia usus erat pileorum ex pellibus, quos *Pannonios* vocat Vegetius lib. 1. cap. 20. ex pellibus inquam ovium villosis, ut ex Athenæo lib. 6. habetur. Passim tamen pilei è lana conficiebantur: cujusmodi plerunque sunt pileoli lecticarii, quali usum S. Bernardum, eoque in Hispaniam transmissio edita esse miracula, scribitur lib. 4. vitæ cap. 4. Alias pilei apud Romanos è lacernis cæsis concinnabantur, ut apud nos pilei quadrati: quod ex Papinio & Martiale scribit Pierius lib. 40. cap. de pileo. Plenius in eam rem Magius lib. 3. Miscell. cap. 7.

Quod

Quod de linteolis tegendo capiti usurpatis addebam, ad posteriora tempora pertinet, & tanquam molli-  
 tiem sapiens, fugillatur à S. Hierony-  
 mo ad Pammach. verbis illis: *Caput  
 opertum linteo, galeam recusat.* Ad  
 Marcellam quoque comatos linteos-  
 que juvenes improbat. Aliter ta-  
 men accipiendum est illud Salviani  
 lib. 7. de provid. quod vir eruditus  
 in hunc quoque sensum allegavit;  
*Cum muliebrem viri habitum sumerent,  
 &c. & foemineis tegminum illigamentis  
 capita velarent.* Aio hæc tegmina à  
 Salviano memorata, non fuisse teg-  
 mina linteolorum viris aptata, sed  
 vere fuisse tegmina foeminea, quæ  
 spurci illi, eminentes sexum, assu-  
 mebant; cum omni detestatione pro-  
 scissi ibi à Salviano, & à S. Asterio  
 homil. in festum Calendarum, ac  
 etiam à S. Maximo homilia de iis-  
 dem Calendis: Quare tale capitis  
 tegmen non est inter virilia Roma-  
 nis recepta numerandum.

Venio

Venio ad virilia capitis tegmina à Græcis usurpata. Nam Græci tametsi passim nudis erant capitibus; tamen aliquando ex iisdem causis, ex quibus Romani, assumebant pileos. Negat id universe Polydorus lib. 3. de Invent. rerum cap. 18. Sed recte affirmat Brodæus lib. 8. Miscell. cap. 17. Sic Ulysses pileatum plerunque exhibent. Et Hippocratis imago pileata visebatur. Castores item soliti pingi cum pileis, quia Lacones fuerant, quibus pileatis pugnare mos fuit, ut Festus scribit. Itaque Catullus *pileatos fratres* vocavit, eo Scazonte:

*A pileatis, nona fratribus pila.*

Quem vero latent pilei Thessalici, & Macedonici, & Atheniensium crobyli? De Thessalicis galeris, arcedo Soli accommodatis, multa habet Adrianus Junius lib. 2. animadvers. cap. 6. Erant enim marginati, ac iidem cum Petafo; quales sunt

funt galeri nostrates : at pilei communes marginati non erant , sed quales pilei nostri dormitorii. Communis Macedonum pileus erat *Causia*, ex *Polluce* lib. 10. cap. 36. Quamquam enim erat Regibus *Causia* peculiaris , cui diadema apponebatur, ut ex *Plutarcho* in *Demetrio* , & *Athenæo* lib. 12. liquet , eratque etiam potentioribus Macedonibus certum *Causiæ* genus , illustre supra communem omnibus *Causiam* , ut demonstrat in *Eumene* *Plutarchus* ; tamen pileus quoque vulgaris Macedonicus , *Causia* nomine donatus est : sicut *Tiara* apud *Persas* , & popularis & *Regius* pileus erat. De hujusmodi *Causia* communi accipiendus est *Strabo* lib. 15. cum ait , risisse *Calanum* , conspecto *Onesicrito* , *Alexandri* ad *Indicos* *Philosophos* Legato , ferente *Causiam*. Hoc ipsam esse , quod *Demosthenes* *Orat.* de legatione male obita , vocavit *πικρίδιον* , male à *Budæo* transfor-

formatum in *comam ascititiam*, notavit Adrianus Junius lib. 2. animadvers. cap. 6. Vetus Ethymologicum, *Causiam* confundit cum *Camelauchos*, de quo postea. *Crobylum* Atheniensibus erat capitis involucrem, cauisæ & tiaræ simile. Quanquam est crobyli apud Tertullianum lib. de vel. Virg. cap. 10. alia notio: sumit enim crobylos pro plexis crinibus; & Atheniensibus tribuens cicadas pro insigni & nota, *Crobylos* sumpsit pro Scrobiculis, seu Scrobulis & foraminulis aurium, ad inferendas gemmas. In altera vero editione, sumpsit *crobylum* pro *strobulo*, sive pro nuce pinea ex auro, quod erat Barbarorum gestamen. Verum bis impegit Rhenanus; cum *crobylus* nusquam tale quid sonet, ut bene advertit Adrianus Junius lib. 2. animadv. cap. 1. Apud Thucididem in 1. & Lucianum in Navigio, crobylus sonat plexum crinium, desinentem in acumen; quo etiam pacto sum-



sumpſiſſe videtur *crobylos* Tertulianus. At apud S. Aſterium homil. in Feſtum Calend. *crobylus* protegmine capitis fœminei accipitur, in ea acri caſtigazione virorum, effingentium ſe in mulieres, & veſtitum quoque muliebrem adhibentium, quaſi pœniteret illos eſſe quod erant, ut S. Maximus eandem infaniam caſtigans dixit homil. de Calendis. Apud Athenienſes *crobyli* erant pilei, ad tegenda virorum capita, quales ante deſcripſi.

Tiara paſſim tegebat Perſarum capita, indeque apud omnes conſpicui Perſæ. Unde aſtus Cimonis, qui navibus aliquot Perſicis interceptis, ut eſt apud Diodorum lib. II. feſellit & oppreſſit Perſas, nihil ſibi metuentes à navibus, quarum vectores tiaris inſignes, Perſas ſe eſſe mentiebantur. Erat porro tiara quintuplex, ut erudite proſequitur Paſchalius lib. 10. de Coronis. Unus erat omnibus communis; alter proce-

H

rum;

170. ANSEL. SOLERIVS  
rum; Judicum tertius; quartus sacri-  
ficantium, de quo Valerius Flaccus.

*Subligat extrema patrium cervice  
tiaram.*

Quintus ac postremus, majestati  
Regiæ peculiaris. Hærendo autem  
in tiara omnibus apud Persas com-  
muni, S. Hieron. Daniel. 3. ait, ge-  
nus fuisse pileoli Persis Chaldæisque  
commune. A mitra fecernebatur,  
quod tiara in occipitio substringe-  
batur. Unde illud docti Poëtæ :

---- *Et longa redimicula mitra ,  
Mæonia mentum mitra , crinemque  
madentem.  
Subnixus, &c.*

Plerisque Barbaris fuere in usu  
pilei, sed varie efformati. Parthi ex  
usu patrio pileati procedebant. Un-  
de Parthos *pileatos* dixit Martialis  
lib. 10. epigr. 22. Et in nummis quos  
Goltzius exhibet, Romano Impe-  
ratori, ob recepta à Parthis signa  
d

de Romanis exportata, supplex proponitur Parthia, pileum demisse porrigens. Apud Scythas, soli honorati erant pileati. Videndus Lucianus de Scyth. & Dionys. Trajanus, cum de Decebalo. Garamantæ pileo usi ex dimidio ovo struthionis in æquas partes diffisso. Ex uno quippe tali ovo duplex pileus efformabatur absque margine, ut Lucianus in Dipfade tradit. Eaque forma visitur pileus in nummo Gordiani Imperatoris, ut refert Pierius lib. 40. cap. *de Pileo*, addens, se in nonnullis statuis ac nummis observasse aliqualem sursum versus tantisper inflexum pilei marginem extremum; alibi veroprehendisse, pileos alia forma effectos; nunc admodum patulis marginibus, nunc cava parte pressos, alios planos, plerunque eadem ex parte acuminatos. Pileus seu potius petasus Æthyopum adeo patet, referente Nicolao Godino lib. 1. de

rebus Abassino. c. 12. ut decem hominibus inumbrandis par esse queat. Pileos Sinarum describit Trigaultius lib. 1. de Sinica expedit. cap. 7. & 8. Moscorum nobilium pileos sic describit Sigismundus Herbenienus: *Vestes habent oblongas, pileos albos apicatos ex lana coacta, qua penulas Barbaricas confectas videmus, solidosque ex officina gestant.*

Tegmen capitis, quod Turcæ *Turbantem* vocant, satis accedit ad tiaram Persicum popularem; Græci recentiores vocant φακώλιον, quasi fasciam complicatam. Gretserus ad lib. 2. Codini cap. 5. derivat vocem *Turbant* à Corybantio Græcorum. Hujusmodi *Turbantes* albos gestant Turcæ. At Tartari, (& ipsi quoque Mahumeto mancipati,) virides habent; hoc Tartarorum capitis tegmen sic describit Martinus Martinius in historia de bello Tartarico: *Biretum capiti æquale rotundum gerunt, at humile; hoc pretiosa pellis fascia*



fascia per circuitum ambit, ad duorum  
 vel trium digitorum latitudinem: (ea  
 plerumque Castoris vel Zibellinarum  
 est;) haec pellis aures, frontem ac tem-

H 3

pora

*pora à frigore defendit : quantum verò  
bireti supra pellis fasciam eminent , tan-  
tundem rubra byssus undique sparsa te-  
git , vel nigri aut purpurei equorum cri-  
nes , quos pulcherrime tingunt , gestamen  
plane commodum , nec inconcinnum.*

Est igitur ruber Tartarorum pileus  
( nunc saltem ; ) olim viridem fuisse  
produnt ; rubrum autem pileum ge-  
stant Persæ , qui Mahumeti sub Ali  
sunt addicti . Nec mirum colore tur-  
bantum dissidere , qui implacabiliter  
dissent occasione superstitionis ,  
aliter à Turcis , à Persis aliter ac-  
ceptæ , ut fusius tradunt Ioan. de Bar-  
ros decade 2. Asiæ lib. 10. cap. 6.  
Orosius de rebus Eraman. lib. 10.  
Sansovinus de rebus Turcicis , Flo-  
rim. Remondus de Hæreseos natali-  
bus lib. 1. cap. 4.

Quod hic ruber pileus transfierit in  
notam discriminatoriam Sectæ , ac  
Imperii , perstringo ejus initia per  
paucis . Ales ergo frater patruelis  
Mahumetis , ac gener , ipsi defuncto  
succe-

succedens, legem foci sui interpretationibus adeo interpolavit, ut plane alia videretur. Itaque Homar, affinis Mahometis, pro legis à Mahomete propositæ integritate, & recepta interpretatione, acriter adversus Alim certavit; unde superstitionis in duas sectas discissio, hodieque vixens, manavit. Arabibus Homaris sectatoribus, Persas Ali addictos, non secus ac exleges & desertores, ac legis patriæ corruptores averfantibus; nec Persis mitius agentibus in Arabes Homari addictos. Cum autem non exiguo tempore pars Homaris prævaluisset, exortus est circa annum Christi 1370. qui se ex Ali prognatum diceret *Sofi*, & æerri-  
mus vindex sectæ ab Ali constitutæ haberi vellet, & revera esset. Is ergo, ut suos ab Homaritis discriminaret, pro lineo albo turbante, quo Homaritæ utebantur, in memoriam duodecim filiorum Hocemi Alis filii, turbantem instituit, è cujus medio pileolus

acuminatus, è lana constipata colore rubro confectus, & senis utrinque gradibus distinctus, accommodate ad contractionem vel diffusionem emicaret. Et pileum, notam sectæ Persicæ Ali inhaerentis, Ismaël Soffi potentissimus Rex Persarum, Usuncassanis ex filia nepos, magno studio, & partim blanditiis ac precibus, partim vi & armis, usurpanti à multis populis curavit, magna Turcarum concitatione; qui adversarios ob rubros pileolos, exprobraturi defectionem à Mahumete, vocant *Kisulbassi*, hoc est *capita rubra*. Sicut à lana qua constant pileoli illi, sunt qui velint Persarum Regem per excellentiam dictum *Soffi*, quod nomen Arabice *lanam* sonat, cum turbantes Turcici sint lintei. An ex veteri usu Regum Aegyptiorum? horum enim iudicio lanæ vestes profanæ erant, unde linteis in templis utebantur, & funebres tunicas, quibus in sepulchra, religione conse-



consecrata inferrentur, habebant  
 linteas. Id quod Orpheo & Pytha-  
 goræ addicti servabant. Causas scru-  
 tantur Plutarchus, tract. de Iside, &  
 Philostratus libro 8. vitæ Apollonii,  
 Apulejus in Apologia, & qui *linige-  
 ros* dictos enucleant apud Juvena-  
 lem Satyr. 6. & Martialem lib. 12.  
 epigram. 29. *Linigera* item deno-  
 minatæ Isidis Sacerdotes. Quod in  
 Terrullianus lib. de coro. mil. cap. 8.  
 linteum quo se Christus ad lavan-  
 dos Discipulorum pedes præcinxit,  
 vocat *propriam Osiridis vestem*, idcir-  
 co ita locutus est, quia iidem erant  
 Isidis ac Osiridis Sacerdotes. Sed  
 de his alibi.

### SECTIO IX.

*Tegmina capitis Mundanorum  
 Fastigiorum.*

**S**Uscipiendum de tegminibus.  
 Itaque non huc advocabo coro-  
 nas, quæ duntaxat caput cingunt,

non etiam obtegunt. Verum est, coronam Imperatoriam esse superne opertam, & ut Anastasius Bibliothecarius in Leone III. appellat, *epanoclistam*; id quod etiam de Pontificia corona est admittendum. Cæterorum vero Regum ac Principum coronæ radiatæ, superne patent; vel (ut verius dicam,) superne patebant non ita pridem; quamvis abusione ab uno temere cœpta, omnes fere Regiæ coronæ aliter nunc habeant. In coronarum ergo tractationem à tam multis conscriptam, non est consilium excurrere, sed in tegminibus principalibus sistam, initio factò à tegminibus capitum summorum Dynastarum; tum progrediendo ad ea quibus inferiores Magistratus operiebantur.

Imperatores Romani, in bello, & ubi operiri capita mos erat, pileis Laconicis contecti capita, describuntur à Synesio in orat. de regno. De fastu namque & pompa Augustorum

storum sui temporis multa prælocutus, qui Homericam imprecationem, (lapideam scilicet tunicam,) in se ipsos trahebant, gemmis ubique & lapillis distincti, pavonum instar, interrogat; *Num melius nunc vobiscum agitur à quo hæc circa Reges ceremonia institui cœperunt, latibulisque vos, lacertarum in modum continetis; agre ad Solis splendorem prodeuntium, ne vos homines esse, homines ipsi deprehendant? An potius tunc cum exercitibus præficiebantur homines, in propatulo vitam agentes, Sole adusti, reliquoque in victu, sine ullo artificio simplices: non Dythyrambicum ac Tragicum timorem spirantes, sed Laconicis pileis, quos in statuis pueri spectantes derident; quosque senior plebs felices fuisse non putat, immo vero si vobiscum conferantur, plane infelices.* Nec ita multo post, describens Carinum Imperatorem in fines Parthorum progressum, advenientibus Parthorum Legatis, detracto pileo, calvum

H 6 caput

caput ostentasse ait, minatum, ni satisfacerent justis Romanorum postulatis, ferro & igni vastandum per brevi omnem hostilem agrum: ter-ritumque Carini abstinencia & magnis animis Parthorum Regem, qui Tiara & Candye ornabatur, cessisse ei, cui ex vilissimis lanis amictus, pileusque essent. Itaque Carini pileus laneus erat.

Imperatores Constantinopolitani in usu communi utebantur pileo, ut videre est apud Codinum de offic. Constantinopol. cap. 6. num. 18. Eum vero pileum, (ut ibidem additur, ) in solemnitatibus mutabant alio tegmine; puta *crinonia*, *tetraphillo*. Crinoniam à specie lili nomen invenisse existimat Gretserus ad eum locum lib. 3. commentar. cap. 1. §. 8. ut & tetraphyllum, censet sic denominatum à quatuor foliis. Idem Codinus c. 6. n. 36. meminit variorum Imperatorii capitis tegminum, ac nominatim ejus quod dici-

dicebatur *Tropæchia*, à tropæo seu trophæo; & *Iustinianæi*, quod scilicet Iustinianus assumpsit. Certant de ejus tegminis forma Alemannius ad arcanam Procopii historiam, & Gretserus tomo 3. de Cruce lib. 1. cap. 20. & ad Codinum in supplemento pagina. 304. & 305. Et fortassis immerito certant, cum Codinus diserte notet, Iustinianum varia habuisse capitis tegmina propria: & nunc unum, nunc aliud gestasse pro arbitrio. Notanda vero sunt Curopalatis verba in opere de Offic. aulæ Constantinopol. pag. mihi 100.

*Quod nunc appellatur stemma, id olim nominatum fuit* \* diadema. *Id autem*

H 7

erat

\* Diadematis usum primis Romanorum Imperatoribus exosum; posterioribus familiarem fuisse satis constat: at vero cui hoc quisquid est ornamenti primum debeat, in incerto res est. Victor id alibi Aureliano, alibi (ac si sui eum pæniterei) Caligula illud adscribit. Contra Iornandes Diocletiano: Cedrenus & Fasti Siculi Constantino illud tribuunt. Forte minus constans & interruptus per intervalla pro imperantium ingenio ille mos, posteris occasionem dedit, ut primos ejus rei inventores crederent, penes quos primitus illius usum  
vide



erat textile aureum, cum lapillis & margaritis, positum ad Imperatoris frontem, & pone revinctum, cerebrum versus: (quamobrem etiam, dicitur diadema:) quod ex eo paulatim mutatum, effectum est quale videtur hodie, & nominatur stemma, quod autem nunc vocatur diadema, id olim militaris zona dicebatur, honorem indicans, qua olim Tyranni Christianos milites primum privabant, tum eos tortoribus dedebant. Aliqua in his Curopalatae verbis recte habent, alia deponunt censuram. Quod enim vocis diadema ethymologiam, à circumligatione & nexu repetit, bene habet. Ineptit siquidem Ioannes Andreas, in Clement. Romani, de iurejur. derivans diadema, à δύο, idest duo, & demo, quia demit principium & finem sua rotunditate. Dicitur ergo diadema, ἀπὸ τῆς διαδήσει, quod est circumligare ac cingere, ut bene censuit

viderant. Caterum uti non una omnium ratio, ita nec unus illud diadema generis, sed gemmitum aliud, aliud purum & sine gemmis, utrumque tamen solis Imperatoribus peculiare fuit: utriusque hic tibi effigiem & ideam damus.


fuit Curopalates. At non bene *diadema* cum militari zona antiqua permiscet. Neque enim omnes, zonæ militaris jure donati, erant diademati, ut est notissimum: cum diadema semper fuerit nota supremæ potestatis Regiæ, unde Tryphon. 1. Machab. 3. dicitur sibi imposuisse Asiæ diadema; & pro numero Regnorum, multiplicabantur diademata, ut videre est apud Herodianum lib. 6. cum de Artabano: & lib. 1. Machab. cap. 11. vers. 13. dicitur Ptolemæus imposuisse *duo diademata capiti suo; Ægypti, & Asia.* Erat ergo diadema manifestum Regni insigne; & idcirco vel in necessitate imposuisse capiti diadema erat crimen læsæ majestatis, & morte luendum; ut contigit illi nautæ, qui desiliens in mare, ut Alexandri diadema, in aquas prolapsus, educeret, cum illius conservandi gratia suo capiti inter natandum illud imposuisset, ita præmio luculento ob receptum dia-



diadema donatus est, ut mox sit capite minutus. Rem describit Arrianus lib. 7. Multa de diademate collegit Alex. Neapol. lib. 1. genial. cap. 28. & Josephus Stephanus Opusc. de coronat. Rom. Pontificis, ac in cap. 1. libri primi Machab. ad vers. 10.

Perfarum tiara Regius longe differebat à tiaris reliquorum: erat enim rectus, tantisper à fronte remotior, & quâ frons media est, excavatus ac fastigiatus in mucronem, ut ex Aristophanis avibus colligitur. \* Nummi à Goltzio exhibiti, tiaram Persicum Regium, repræsentant, figura erecta, & summa sui parte turrita, cum infulis à posteriori parte pendentibus, & bucculis ad

\* Tiara Persæ, & si nummis fides, Persarum exemplo Reges Orientales alii utebantur: credo ut qui viribus impares erant, majestate pares viderentur. Quin, quod plerumque fieri solet, ut cum Romana graves intemus, ipsi etiam Antonio, ex quo Romana gravitati barbaricum fastum superinduerat, non displicuisse hoc suprema potestatis insigne, hi, quos tibi exhibemus, nummi demonstrare quodammodo possunt.



ad labra usque ex anteriori parte demissis : cuiusmodi bucculas in Magorum quoque tiaris describit Strabo lib. 15. Diligenter de hoc tiara, Paschalius lib. 10. de coro. cap. 2. Erectam tiaræ formam Regibus Persicis fuisse peculiarem, habetur ex Seneca lib. 6. de benef. cap. 31. & ex Tisapherne apud Xenophontem lib. 2. Cyripæd. Huiusmodi rectum tiaram, Zonaras in *Basilio Imperatore* ait vocari *typham*, ob typhum quem ingenerat. Et merito sane exoptulabat Dio Prusæus orat. 14. *in fine*, tanto studio Persarum Regem cavisse, ne quis alius rectum tiaram assumeret, illico interficiendus si assumpsisset : *Vt autem rectum haberet animum, & nemo alius prudentia eum superaret, nunquam illi curæ fuisse.* Regium hunc tiaram, cumulabat diadema; id est fascia fronti applicita, non corona, ut contra vulgarem persuasionem bene confirmat Alexander Neapolitan. lib.

188 ANSEL. SOLERIVS

lib. I. Gen. cap. 28. Apud Persas  
ergo eam fasciam cumlasse tiaram,  
liquet ex Xenophonte lib. 8. Cyri-  
pæd. ubi Cyrum describit in publi-  
cum prodeuntem, Regio apparatu  
conspicuum; *habentem* (inquit,) *diadema* \* *circa tiaram.* Idipsum



tradit Dio Prufæus orât. 14. Et in-  
ter alias quidem gentes, diadema  
cingebat nudum caput, & pro *infi-*  
*gni* Regio usurpabatur, ut loquitur  
Taci-

Tacitus l. 2. Annal. & Virgilius II. Æneid. agens de Rege Tyrrheno, ac Silius lib. 16. agens de Syphace; ubi diadema Africanis Regibus fuisse album ostendit, quale etiam fuisse Iulio, habet Suetonius. cap. 79. unde *alba fascia* vocatur à Luciano in *Navigio*. At apud Persas (de quibus agebam,) diadema ex cœruleo & albo interstinctis constabat, ut habet Curtius lib. 3. quod item volunt, qui illud contexunt ex albo & purpureo. Nam cœruleus color non raro *purpureus* dicitur: ut cum mare dicitur *purpureum* idest *cœruleum*, et viceversa, pro purpureo cœruleum dicitur 4. Georg. & 10. Æneid. Reginas quoque usas tali diademate, monstrat Bayffius lib. de re vestiaria cap. 20. & constat ex Plutarcho in *Lucullo*, cum de Monima. Sic igitur confectum diadema, & multiplicatum pro numero Regnorum, ut diserte habetur de Ptolomæo I. Machab. 2), adponebatur tiaræ apud

apud Persas: de quibus proinde potest valere utcunque, id est materialiter, & propter appositionem, ac nexum, quod falso aliqui universaliter dicunt; diadema fuisse pileolum cum fascia. Et in eundem sensum accipio Sidonium, qui carmine 23. sic canit de tiara Persico:

*Ut fastu posito tumentis aule,  
Qui supra Satrapas sedet Tyrannus;  
Rictans semideum propinquitates,  
Lunatum tibi fleteret tiaram.*

Et carmine 2. ad Anthemium.

*Flectit Achemenius Lunatum Persa tiaram.*

Vocat *Lunatum tiaram*, qui revera Lunatus non erat: ideoque à Bulengero reprehenditur lib. de vestim. Pont. cap. 5. Sed præterquam quod Sidonius facile exponi posset de tiara, in quo efficta acu aut appicta esset imago Lunæ, quam Persarum fuisse symbolum dixit Curtius lib. 4. & fuisse omen augendi subinde imperii,

perii, censet Paschal. lib. 9. de coron. cap. 18. Præter eam, inquam, Lunatiaræ expositionem, optime dicitur tiaram Persicum fuisse Lunatum, ratione diadematis tiaræ appositi, quod erat Lunatum. Erat & aliud Persarum Regibus capitis tegmen pellitum, ut habetur ex Polluce lib. 7. cap. 13. *Candya* appellabant. Sed hic cavenda est æquivocatio. Nam *Candys* alibi nomen est vestimenti, ut jam ex Dione Chrysofostomo retuli, & multis signatis Autorum locis illustrat Briffonius lib. 2. de Regno Pers. Videndus Paschalius lib. 10. de coronis, cap. 3.

*Cidarim* idem fuisse quod diadema, censet Budæus in Pandectas, & Pancirol. lib. 1. variar. cap. 9. At *Cidarim*, vix nisi nomine à tiara discrepasse notat Alexander Neapolit. lib. 1. genial. cap. 28. & patet ex Curtio lib. 3. qui tegmen Regum Persarum appellat *Cidarim*. Agathias item lib. 4. Regium Persarum pileum,

promiscue nunc *tiaram*, nunc *cidarim* nominat, agens de Artaxerxe. Itemque agens de Varanne Persa, cui in utero adhuc latenti, imposita est Regia cidaris recta, idest tiara Regia. Genus erat pilei, è pilis contexti. Pollux lib. 10. cap. 36. ex Herodoto, *cittarim* vel etiam unico *citarim* scribit; quod Grammaticale litigiolum non moror, contentus notasse, usum invaluisse ut *cidaris* dicatur. Mirum videri potest, S. Augustinum. q. 123. in Exod. Scripsisse ignorari quid sit *cidaris*; & putare se, non esse capitis tegmen, ut nonnullos censuisse refert. Bene, quod ipsemet D. Augustinus q. 81. in Levit. agnoscit *cidarim* esse capitis operimentum. Usi sunt hoc capitis tegmine Reges Armeniorum, & Ponti: ut de Mithridate agens, tradit Plutarchus in *Pompejo*. Item Reges Ægypti, ut proditum est in Æsopi vita. Nec dissonat Diodorus Siculus libro. 4. afferens Regum Ægypti-



Ægyptiorum ac Æthiopicorum tegmen capitis fuisse pileum oblongum, aspidibus circumvolutum, ut monerentur omnes Regii capitis violatione abstinere, ni vellent patere morsibus mortiferis. Non inquam pugnant ista cum cidari Regibus Ægyptiis attributa. Nihil quippe vetat cidarim oblongum pileum dicere. Male tamen aliqui, de hujusmodi cidari seu pileo accipiunt illud Martialis libro 1. epigrammate 49.

*Lunata nusquam pellis, & nusquam  
toga;*

*Olidaeque vestes murice.*

Quamvis enim erant plerique Summatum pilei pelliti, quales hodie Germanis nonnullis Principibus sunt insignia potestatis, ut late profequitur Paschalius lib. 9. de coronis cap. 23. Tamen Martialis eo loco qui proferebatur, non spectabat gestamen capitis, sed pedum, in quo erat

\* Lunula, insigne nobilitatis, juxta illud Iuvenalis Satyr. 7.

---- Nobilis & generosus,  
Appositam nigra Lunam subtexit  
aluta.

Videsis proverbium. Nobilitas in *Astragalis*, quod ab Herode Attico in Bradeam leyirum suum, magnifice crepantem generis nobilitatem, jactatum refert Philostratus lib. 2. Sophist. Agit de simili pedis gestamine, idem Martialis lib. 2. cum de nobilitate non nupera & hesterna, sed antiqua supertalari luniformi notata, ait,

*Non hesterna sedet Lunata lingua  
planta.*

De eodem ergo tegmine agebat priori illo loco; qui proinde male ab

\* Lunula patriciorum in calceis ornamentum fuit, quo antiquitatem forsitan generis sui demonstrare, & majores suos Arcadum instar, profelenitos, & ante Lunam natos, ipsiusque Iovis coetaneos fuisse videri volebant. Formam earundem nobis Casalius praeiit, nos illam ex Casalio tibi exhibemus.



ab aliquibus ad capitis tegmina est detortus. Medorum Regum capitis tegmen, quod commune esset Iudicibus Persarum, mox ex Codino describam.

Rufforum Imperator, vulgo *magnus Dux Moscovia*, pileum habet, quem in hæc verba describit Sigismundus Baro, in rerum Moscoviticarum commentario. *Pileus ipsorum lingua, Schapka dictus, quo Wolodimerus Monomachus usus est, & quem gemmis ornatum, aureis item laminis, quasi quibusdam spirulis subinde se vibrantibus, mire concinnatum reliquit.*

Magnatum Summatibus inferiorum, tegmina capitis peculiariora alicubi fuere. In Imperio Constantinopolitano, magna hac in parte erat varietas. Andronico, cum creatus est Imperator, detractum esse pullum & acutum pileum, quo antea utebatur, & rubram mitram ejus capiti fuisse impositam, Niceas autor est, libro singulari de Alexii

lexii Comneni imperio num. 18. Biretum acuminatum Nicephorus Gregoras lib. 11. *in fine*, proceribus ætate provectoribus in usu fuisse ait, serico tectis, pro dignitate cuiusque, adolescentibus capite nudato agentibus. Andronicum vero Palæologum omnibus concessisse pileos, & variis varios placuisse, his Latinos, aliis Mysios & Triballicos, aliis Syrios & Phœnicios, prout cuique libebat. Ita ille de pileis in usu communi procerum. Nam tegmina capitis, quæ erant veluti tesserae ac notæ dignitatis, non videntur abrogata. Apud Codinum lib. de offic. Eccles. & aulæ Constantinopol. Multa de hujusmodi tegminibus capitis inferiorum Magistratuum legere licet, præsertim. cap. 3. & 4. *Tegumentum capitis (inquit eo cap. 3.) quo Despotæ utitur, quod umbella seu umbraculum appellatur, totum ex margaritis constat. Umbo seu ambitus*

præfert nomina ejus qui gestat illud, au-  
 roclavatum, fimbriatum. rã oẽia qua-  
 lia sunt Imperatorii pilei, exceptis nodo  
 & palmulis. Hæc illius pilei oẽia,  
 apicem exposuit Iunius. Quid sint,  
 ambigit Gretserus lib. 2. comment.  
 cap. 4. Notat vero paulo post Codi-  
 nus, de eo ipso Despotæ pileo:  
 Cum Despota adhuc puer est, nullum  
 tegumentum fert in capite, dum in pa-  
 latio versatur; sed manet aperto capi-  
 te. At quando equitat, tunc fert eum  
 quem antea descripsimus pileum. &c.  
 Cum ad ephēbi ætatem processit, tunc fert  
 eum quem ante descripsimus pileum,  
 idque etiam in palatio. Inferius, de pi-  
 leo generi Imperatoris, sic scribit:  
 Pilei generorum Imperatoris, si sint  
 Despota, aurei & coccinei coloris sunt  
 & fimbriati, habentque Cruces ex mar-  
 garitis, & gyros seu circulos. Pileus Seba-  
 stocratoris aurei & coccinei coloris est,  
 & limbatus. Umbo ejus & rã oẽia qua-  
 lia Despota, &c. Cesaris pileus fimbri-  
 atus est, aurei & coccinei coloris, qualis  
 est

est Sebastocratoris. Umbo & densitas, qualia ejusdem. Addit. c. 4. Codinus de tegminibus capitis aliorum Magnatum. Pileus magni Domestici, aureo & coccineo colore tinctus est; clavatus cum umbone aureo & coccineo, qui & ipse clavatus est. rō oēiu instar umbonis chrysococcinea, &c. Pileus magni Ducis colore aureus & coccineus est, clavatus absque umbone. Huic pileo similes fuisse pileos Logothetæ & magni Stratopedarchæ, ait inferius. Subdit vero Magni Primicerii pileus fimbriatus est, &c. Protosebasti pileus aureo & prasino colore nitet, excepta fimbria quæ purpurea est, &c. Logothetæ generalis ærarii pileus, est albus pannus, cum margellis, &c. Protovestiaritæ pileus, clavatus est, &c. Primi Secretarii pileus est blattens, duplicis coloris purpurei & albi, habens margellica fimbriata, lata non in Crucis formam, sed in orbem circa verticem pilei, ambitumque trulle, quæ supra habet figuram trifolii, margellis ornatam. Vocat trullam,

lam, partem summam pilei, qua clauditur & quasi concameratur; voce ab ædificiis translata. Demum addit *Præfecti exercitus pileus clavatus est*. Erant hæc tegmina capitis Magnatum & aulicorum. De Judicum vero Pilaticis mox dicam:

Inter Persas erat peculiaris tiara Judicum, de qua Paschalius. A. Medis accersit, & *Pilaticia* vocat hujusmodi judiciaria capitum tegmina Codinus, sic scribens cap. 6. num. 46. *Cum Persarum gens parva esset, & vitam pastoritiam ageret, Cyrus, relictis Persarum moribus, utebatur ritu & consuetudine Medorum, utpote gentis magne & magnifica. Horum vero Indices ferebant epilorica seu superulas, & in capite lineum tegmen, Phaceolidem appellatum. Ex quolibet Phaceolio pendeat à sinistra parte margellium, sive fimbria ex margella, alteram aurem ejus qui gestabat obtgens. Quo significabatur, aurem quidem resectam accusatoribus dari; te-*  
Etiam



*Etam vero aurem accusatis, sed absentibus reservari. Ex collo Iudicum pendent in sericis filis margellia, cum firmibria. Longitudo erat spithama minor, latitudo unius palmae. Quae Rex Medorum ferebat, similiter & Iudices. Quemadmodum igitur olim exercituum Duces ferebant torques, qui erant honoris indices, sic & pilaticia honorem Iudicum manifestabant*

Apud Sinas peculiaris est Magistratibus omnibus pileus quem sic describit Nicolaus Trigaultius lib. I. expedit. Sinicae cap. 6. *Omnes Magistratus, sive philosophici sive militares, infimi juxta ac summi, eodem pileo insigniuntur, is est è velo nigro, & utrinque duas velut alas habet; fere supra aures ovata figura, ea ita pileo adherent, ut tamen facile excidant. Hoc ajunt modo se ad modeste rectaque incedendum cogi; & à capite leviter inflectendo, prohiberi: quod si fecerint, Magistratum violant majestatem.*



## SECTIO X.

*Pileus Doctorum.*

**P**Erantiqui moris est, ut sit Doctōribus certus habitus, cujus usu interdicitur iis, qui iudicio illorum, penes quos est ea potestas, probati non fuerint, ac velut inaugurati. Sic enim Sophistæ olim Athenis pallium Philosophicum, unaque Sophistarum dignitatem, certis ritibus servatis, assequiebantur, ut scribit Olympiodorus apud Photium Cod. 80. Neque sermo duntaxat est de facultate assumendi pallii, quasi ad tyrocinium Scholasticis illico ac adventabant, factâ à Magistris, non absque annumeratione pecuniæ, & plerisque ludicris, ut memorat orat. 20. Nazianzenus, liberatum ea Pompa Basilium Athenas appulsum describens; sed sermo est de pallio veluti Magistrali, quod concedebatur solis ad docendum idoneis, qui simpliciter

ter Ἐργασίαι Ἐργασίαι τοι appella-  
 bantur; eo quod inter sapientes alle-  
 cti, & legitime inscripti, ut diligenter  
 ex plerisque antiquis notavit Creso-  
 lius l. 3. theatri c. 16. Et perspicue ha-  
 betur ex can. 71. Trullano, ubi me-  
 moratur usus Ethnicorum in veste  
 certa, candidatis Sapientiæ; & certa  
 item, jam decurso studiorum curri-  
 culo assignanda, quod Synodus fieri  
 deinceps vetat (utique adhibitis ri-  
 tibus illis, è cœnosa Ethnicismi scro-  
 be haustis, & alicunde lutulentis.)  
 Inter eas autem Magisterii ac Docto-  
 ratus notas, numerabatur corona, quæ  
 ab initiatore mysta imponebatur, ut  
 est apud Aristophanem in Nubibus,  
 cum describitur Strepriadis inaugu-  
 ratio per Socratem. Et tunc nomen  
*Sophiste*, sive Doctorum titulum  
 assequiebantur, ut est apud Philo-  
 stratum lib. 2. de vita Sophist.  
 Præcessisse porro hujus tituli delati-  
 onem, suffragia judicum ad id au-  
 thoritate instructorum, docet Lu-  
 cianus

cianus in *Eunucho*, & Eunapius in *Proheresio*. Quamvis ergo Synodus Trullana, ob mixturas aliquas impuras, vetuerit peragi quas dicebant *cylistras*, & ritus illos Ethnicos, qui usurpabantur in Tyronum initiatione, & jam consummatorum inauguratione, reteneri noluerit à Christianis, tamen esse suas Doctoribus peculiare notas, non prohibuit. Imo cum id spectet ad honorem artes alentem, prohiberi nec decuit, nec debuit. Ut enim bene in hanc rem ratiocinatur Rebuffus tract. de privileg. studio. & Iacobus Middendorpius l. 1. de Academiis cap. 13. post Iuvenalem Satyr. 10. & Bionem in Bucolicis, Iamblichum & alios, virtus inhonorata jaceret, nec esset qui vellet labores in literarum adeptione devorandos exantlare, nisi esca præmii & honoris pelliceretur. Is autem honor præsertim cernitur in peculiari amictu & peculiaribus externis notis, inter quas eminent pilei concessio. *Bire-*

*tum* vocat Bertachinus, aitque esse signum victoriæ & gratiæ, nec non Sacerdotii & superioritatis; & has omnes ob causas merito concedi Doctoribus cum inaugurantur, addito in vertice hapso, seu flocco, pro Doctorum varietate, coloris diversi.

Tangit his paucis Bertachinus compagem & colorem, ac fines pilei Doctoralis, quæ breviter percurrenda sunt & distinctius exponenda. Et pileus quidem alicubi non ejusdem est coloris, tamen apud nostrates semper est niger. Ajo alicubi aliter rem se habere, quia ut scribit Middendorpius lib. I. de Academicis cap. 13. & Maximilianus Sandæus in Theolog. Jurid. commentat. 50. apud Germanos (inter quos ipse scribebat,) solus Doctoralis pileus Theologorum est nigri coloris, ad innuendum eos esse mundo mortuos. Est quippe nigredo mortis symbolum; ut propterea Satyri-  
cus,

cus, *nigros maritos* dixerit pro *mortuis*. Qui vero apud eam gentem in aliis facultatibus promoventur ad lauream Doctorum, pileos habent alterius coloris quam nigri. Nempe Jurisperitorum pileus est ruber, eo quod adsint Regibus & Principibus terræ, quorum præcipuum ornamentum est purpura. Medicorum vero & Philosophorum pileus Doctoralis est violaceus, aut cœruleus, ut moneantur oculos suos non declinare in terram. Ex Godelmanno lib. I. de Magis cap. I. Dæmon in Marchia, specie Advocati objectus, pileum cœruleum prætulit. Hæc igitur est coloris quoad pileum alicubi multiplicitas, quæ apud nostrates locum non habet. At floccus apud nos quoque, pro variis est varius. Eum floccum aliqui superiore seculo Genevæ, cum ea urbs sub auspiciis Spiritus sancti reformati, omnia susquedeque evertit, porro hortensi mutavere, quem pileis,

leis , affuerunt vel adjunxerunt :  
quod quantam bilem Farello , meri  
Dei verbi pincernæ inter primos  
strenuissimo , exciverit , docet in  
Calvini vita Laingæus cap. 7.

Nunc intactos ex Bertachino pilei  
Doctorum fines , eiusque quadratam  
formam inquiramus. Victoriæ si-  
gnum haud injuria statuitur pileus  
Doctorum ; nec abs re , cum oleastro  
Olympionicarum confertur ab Adria-  
no Junio lib. 5. animadvers. cap. 2.  
quia diligens studium , quod necesse  
est in Doctore præcessisse , perinde  
est ac lucta & agon cum ignorantia  
& ignavia. Et quemadmodum Ago-  
nistici varie probabantur & exami-  
nabantur , priusquam ad certamen &  
victoriæ viam admitterentur ; ita qui  
Doctorum lauream captant , variis  
probationibus & examinibus subja-  
ceant necesse est. Proportio est ma-  
nifesta. Triplicem enim Athletarum  
coronam , pro triplici eorum gradu ,  
agnoscit Imperator lib. *Athletas ita*,  
cap.



cap. de Athletis, ubi Bartolus & DD. passim; similiter igitur inter studiosos sapientiæ, alii depositi Tyrocinii insignibus donati, dicuntur *Baccalaurei*; sive à lauri baccis, ut significetur spem fieri, quod à baccis ad laurum, seu plenam lauream denique pertingant; sive à bacillis quorum olim collatione creabantur, ut vult Renatus Barrensis, in Admonitione de Tertulliani dogmatibus. (Quanquam in Italia primum hunc gradum honorum Scholasticorum non requiri ad Doctoratus titulum & decus adsciscendum, notat Quintilian. Mandos. ad reg. Cancell. 16. q. 11) Alii ulterius progredientes, denominantur *Licentia-ri*, & *Prodoctores*. Tertio denique alij, ad ipsum provec-ti apicem honorum Scholasticorum, *Doctores* plene & absolute appellantur. Atque ita hi Athletæ sapientiæ, servant proportionem cum antiquis athleticis; sicut quoad probationes &

exa-

examina agonisticis præmitti solita, ut Faber in Agonistico lib. 3. cap. 17. aliique notarunt, ita quoad gradus, & varia externa signa, tanquam laborum præmia, merito re-  
 pendenda iis qui probati sint laurea digni, atque notaculo quo ab aliis fecernerentur. Videndus Faber eod. lib. 3. cap. 28. Hæc porro nota nullibi statui convenientius ac principalius potest, quam in capite. Inprimis, quia ob necessariam, dum hic vivimus, intellectus ac phantasie in operando connexionem, & phantasmatum inter intelligendum speculationem, capitis per studia fatigatio major fuit, quam reliquorum membrorum. Præterquam quod eminentia capitis, ut supra sect. 2. disputatum est, notas victoriae in capite collocatas, conspicuas omnibus facit. Quare post luctam & certamen, optime hac quasi laurea donantur Doctores, imitatione Dei, qui in  
 caelo

cœlo speciale decus quod *aureola* Doctorum dicitur conferet Doctoribus probatis, de quo bene differit Carolus Regius lib. 1. Orator. Christ. cap. 22. & Joannes Bagotius in demonstrationibus Christianis t. 2. lib. 5. disp. 7.

Quod gratiæ simul ac victoriæ notam, pileum Doctoris statuebat Bertachinus, existimo referendum ad probatos mores, & vitæ sanctitudinem veri Doctoris. Supponitur enim non excepturus tot labores, quot exantlare necesse est eum qui digne ad affecutionem hujus decoris pertingit, nisi virtute & gratia præcelleret, qua tot illicitis voluptatum & avocamentis à recto, constanter obstiterit. Erasmus sane Adag. *ad pileum vocare*, existimat pileum esse notam virtutis spectatæ, & idcirco conferri Doctoribus. Quo etiam pertinet longa disputatio Luæ de Penna ad l. *Murileguli*, C. de murileg. & gynæciar.

næciar. monstrantis, pileum Doctoris dici *biretum*, quia supponit duplicem rectitudinem in eo cui confertur. Eam vero duplicem rectitudinem ita explicat idem Doctor, ut omnem plane sanctimoniam comprehendat.

Eodem revolvitur *Sacerdotium*, cuius pileum Doctorum tesseram esse statuebat Bertachinus: & idem habet Mar. Socinus cap. *Quanto*, de Magistris. Disciplinæ enim etiam humanæ, sub quodam Sacerdotio exercendæ sunt, & facultates, quibus partis decernitur pileus, veluti quædam numina habentur, ut de Justitia & Justitiæ administris pronunciauit Ulpianus, quatenus ex Celso dixit, Jurisperitos boni & æqui Sacerdotes esse, atque adeo juris atque Justitiæ. Quod Hotomannus in Epitome ad titulum I. Digestorum, & in commentario renovato ad Institutiones tit. I. de Justitia, Dea Ethnicorum dictum contendit. *Déπιδα* aut *δέπιστα* vel *δίκην* dixere Ethnici, ut ex Eustra-

Euftratio observat Budæus ad lib. I.  
 tituli primi ff. Institere Hotomani  
 vestigiis, in eo sensu definitioni ab  
 Ulpiano assignatæ admittendo, Do-  
 nellus Tomo. I. lib. I. cap. 4. & Hen-  
 ricus Salmuth ad Pancirolum de re-  
 bus deperditis, circa proæm. Et  
 quanquam Ulpianus, homo genti-  
 lissimus & acerba Christiani nomi-  
 nis insectatione infamis, dignus  
 non est pro quo satagamus; tamen  
 longe aliam fuisse ejus mentem, cum  
 Jurisperitos dixit esse *Institia Sacer-*  
*dotes*, monstratum est lib. 3. de Vir-  
 tut. num. 39. & ibid. num. 48. Hoc  
 Sacerdotium, in sancta tractatione &  
 dictione juris consistens, est illustra-  
 tum. Adde nunc Julianum Impera-  
 torem in longo fragmento sive ora-  
 tionis, sive epistolæ, eodem mo-  
 do ac sensu pronunciantem. *Civi-*  
*les magistratus, quodam veluti Sacer-*  
*dotio fungi, quatenus legum sunt cu-*  
*stodes.* Indeque infert Julianus di-  
 ci posse, parem honorem ac cul-  
 tum,

tum Sacerdotibus & Magistratibus tribui oportere. Quod approbasse videtur apud Cassiodorum Rex Theodoricus lib. 6. epist. 3. in calce formulæ Præfecti prætorio, cum dixit: *Quod Sacerdotium est, præfectura prætoriana competenter agere dignitatem.* Affine est quod doctus Poëta 6. Æneid. & viris doctrina præstantibus, & Sacerdotibus communes post obitum vittas decernit. Ait enim:

*Quique Sacerdotes casti, dum vita manebat,*

*Quique pii Vates, & Phæbo digna locuti;*

*Inventas aut qui vitam excoluere per artes;*

*Quique sui memores, alios fecere merendo:*

*Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ.*

En capitibus Sacerdotum & Doctorum, vittæ in Elyfiorum camporum

rum beatitate decretæ ; perinde ac si utrique fungantur Sacerdotio ; & illi Numinis , hi sapientiæ Antifistites statuuntur. Plinius sane lib. 7. cap. 30. Platoni tanquam sapientiæ Sacerdoti & Antifistiti ; vittatam navem à Dionysio missam, testatur.



Facit huc non incongrue , quod Theon Smyrnæus, nuperrime editus, cap. 1. Mathematicorum ex Platone *pap.* 18. tradit, de initiatione mystarum , respondente traditioni sapientiæ philosophicæ , & initiationi in ea. Præibat enim purgatio. Tum deinde sequebatur traditio Sacrorum. 3. Concedebatur Sacrorum inspectio. 4. Interveniebat scopus & finis inspectionis , hoc est capitis religatio, & impositio coronæ, inferens potestatem tradendi aliis sacra, Mystæ collata. Hæc proportione servata , locum habuisse in traditione potestatis alios imbuendi philosophia, (qui est vere Doctoratus Philosophicus , ) affirmat Theon eo capite  
 1. quod

I. quod ex Platonis libris de Republica & Epinomide confarcinatum esse, observat ibi in Notis Ismaël Bulliadus *pag.* 215 Ex sensu igitur Theonis Platonem exprimentis, corona Philosophico Doctori imponebatur, tanquam Mystæ perfecte initiato, post examen & probationem, ac veluti expurgationem ab ignorantia. Et sicut corona illa, à Sacerdotibus ad Magistros Philosophos traducta erat, ita pileus Doctorum, qui ei coronæ Magistrorum suffectus, pro Sacerdotali tegmine haberi debet. Sunt enim etiam Philosophorum Magistri inter Doctores; & eo nomine iam olim usos esse pileo, constat ex iis quæ de Philosophis scribit Palladius, agens de Serapione Sindonita cap. 83. Lausiacæ.

Quod denique adducebatur à Bertachino, de concessione pilei Doctoribus facta; eo quod pileus sit nota superioritatis & potestatis, supponit antiquum usum quo pileus statuebatur



batur nota libertatis, quam Philo-  
 fophi & Theologi, præeunte Apo-  
 stolo, definiunt potestatem suæ vo-  
 luntatis, & dominium in actum  
 suum. Esse porro pileum notam li-  
 bertatis, vulgatissimum est, & fusc  
 illustratur à Bodino lib. 1. de Re-  
 pub. cap. 5. & à Pancirolo lib. 2.  
 var. lect. juris cap. 220. Inde *voca-*  
*re servos ad pileum*, idem est ac vo-  
 care ad libertatem, ut videre est apud  
 Senecam epist. 47. & Livium lib. 34.  
 Suetonium in *Tiberio*, passimque  
 alios. Et quoties libertatis expres-  
 sio vel professio facienda fuit, adhi-  
 bitus est pileus. Sic Henricus II.  
 Gallix Rex, ei publico scripto quo  
 rationem reddebat initi abs se fœ-  
 deris contra Carolum V. cum Mau-  
 ritio Saxone aliisque Lutheranis,  
 præfixit in scripti fronte, pileum in-  
 ter duos pugiones, ut scribit Spon-  
 danus in Annalibus Gallicanis ad an-  
 num 1552. num 6. Pileus enim Sym-  
 bolum est libertatis, quam Galli-



cis & Germanicis copiis, Germaniæ quæri, prætexebatur eo bello. Imitatione veterum sic factum. Nam Brutus tyrannidis excussor, in veteribus nummis pileum manu præfert. Et in variis nummis Cæsarum, mulier cum pileo, imago est libertatis, ut testantur Pancirolus lib. 1. var. lect. juris cap. 17. & Pierius lib. 40. cap. *de pileo*. Tito Flaminio triumphanti, civium Romanorum duo milia affuisse pileata, ut profiterentur se ab eo accepisse libertatem, scribit in eius vita Plutarchus. In Neronis obitu, Suetonio atque Victore referentibus, plebs Romana universa discurret pileata, quasi tum demum donatam se libertate contentans. Terentius Culleo, ut Scipionem libertatis suæ autorem profiteretur, triumphanti astitit pileatus, iuxta Orosium lib. 4. cap. 19. Mancipia ipsa, ut scribit Servius ad 8. *Æneid.* cum libertate donabantur, raris capitibus pileum in Feroniæ

templo accipiebant ; fuisse pileum album , scribit Diodorus , agens de Prussia Rege , qui ut se Romanorum libertum profiteretur , Legatis eorum raso capite & pileatus occurrit. Et rasura quidem capitis in servi manumissione , nota erat declinata tempestatis servitutem comitantis. Nam qui è naufragio emerferant , radebantur , juxta illud Juvenalis.

----- *Gaudent ibi vertice raso,  
Garrula securi narrare pericula nante.*

Ad illorum ergo similitudinem , qui servitutem evaserant , radebantur , ait Nonius in V. *pileus*. Et sic rasis imponebatur pileus , vulgata apud Romanos libertatis tessera. Unde votum mancipii apud Plautum in Amphitr.

----- *Quod ille faciat Iupiter ,  
Ut ego hodie raso capite calvus , capiam pileum.*

Erat

Erat igitur pileus nota & tessera libertatis; nisi quod servi contumaces, ut ex Cælio Sabino prodit Gellius lib. 7. cap. 4. pileati prostabant venales, cum eorum nomine nihil vellet præstare, qui venum illos exponerat, quod male carpit Straccha parte 2. de Mercat. num. 76. Videndus Jacobus Durantius lib. 1. var. cap. 10. Sed hoc ex adjunctis dijudicabatur. Alibi autem pileus, libertatis jam aditæ nota erat. An quia pileus insigne erat jam olim nobilitatis? Ulysses sane, cujus cum Ajace de nobilitate contentio apud Nasonem prostat, ut nobilis exprimeretur, pingebatur pileatus. Item Dioscurorum nobilitas pileis est addumbrata. Byzantini exules, (ut ait Pierius lib. 40. cap. *de pileo* (qui quidem genere nobiles erant, ut nobilitatem suam testarentur, appulsi in Italiam, pileos gestabant. An insigne libertatis pileus, quia ingenuis, tametsi nudo capite

incedere solerent, jus tamen erat tegendi capita, quo carebant mancipia? Nam mancipiis quamdiu servitutem serviebant, caput necessario nudum erat, quicquid demum accideret incommodi; non ita iis qui liberi erant. Quæ est germana expeditio nodi, quem in hac re proponit, nec satis extricat Heraldus ad lib. 2. Martialis epigr. 68.

Ex his satis superque liquet, pileum fuisse tesseram libertatis, atque adeo etiam potestatis, cum libertas potestate definiatur. Idque fortassis voluit Pipinus, concedens decimarum dominium per pileum suum ut tesseram, ut est in Actis S. Mommis, *in fine*. Sunt qui ad Noëmum autorem id referant. Ab eo quippe sub Jani nomine, apud Latium regnante, Latinos ajunt donatos pileo post diluvium, in Symbolum libertatis à tot malis, ut scribit Maximil. Sandæus in Theol. Jurid. comment. 50. Mirum igitur non est, donari

conari pileo Doctores, qui exsol-  
vuntur scholastica servitute; & po-  
testatem accipiunt, sive docendi,  
sive exercendi certa munera, ad quæ  
necessaria est eruditio, cujus testi-  
monium publicum accipiunt. Scho-  
lastica servitute exsolutos dixi, quia  
discipulus akerius fert nomen; nec  
si sapit, suo ductu, sed Magistri  
dirigitur; in ejus verba jurat, &  
ejus se sententiis addicit: quæ tanta  
est servitus, & quidem præstantissi-  
mæ ac supremæ in homine faculta-  
tis, ut fastidians eam addictionem  
quispiam, *Serva pecora* appellarit,  
qui non ausint ab alienis sensis pla-  
citisque discedere. Hanc igitur ser-  
vitutem excutiunt, & per Docto-  
ratum quasi manumittuntur, qui à  
doctrina sufficienter instructi depre-  
henduntur; nec ultra indigent du-  
ctu Magistri, sed aliis potius diri-  
gendis atque informandis idonei de-  
clarantur. Ex ea autem significa-  
tione pilei, manavit concertatio, de

qua Menardus disp. de jure Episcop. cap. 5. an excipere benedictiorem à Judice pileato, pugnet cum exemptione, & benedictis potestatem supra benedictos astringit, quia pileus videtur tessera potestatis. Quamquam quoad Doctores, pileus ejus tantum libertatis & potestatis tessera est, de qua dixi. Decoratur pileus apice, sive hapsò è ferico, pro variis facultatibus colore vario; quia apex erat Flamini gestamen peculiare. Doctores autem quasi inaugurati in Flamines sapientiæ, quam sancte & pie tractare debent, jam præmissum est. Hæc igitur est causa, assignati Doctoribus pilei in sua inauguratione, ut notavit Stephanus Paschas. l. 4. observat. Francic. cap. 7.

Forma pilei Doctoralis apud varios varia est. Rotundum suo tempore fuisse, notat Petrarcha lib. 1. de remediis dialo. 12. non signata tamen regione. Apud suos Cado-  
menses



menses esse rotundum, scribit Pe-  
 trus Lenaudiere tract. de privilegiis  
 Doctorum parte i. q. 3. referens  
 hanc tradendi pilei formulam. *Ac-  
 cipite biretum rotundum ad modum  
 coronæ, in signum sanctitatis & veri-  
 tatis ac doctrinæ, ut tales sitis in men-  
 te, quales fueritis in conversatione;  
 nec a docendo cessaveritis, quia non co-  
 ronabitur in regno cælorum, nisi qui  
 legitime certaverit.* Addit idem Au-  
 tor, delectæ in pileo rotunditatis  
 rationem: quia corona signum est  
 perfectionis, cum sit sphericæ figu-  
 ræ, angulis carentis, in signum  
 quod absint fordes, quas in angu-  
 lis non deesse monuit Glossa Cle-  
 ment. I. de vita & honest. Clerico.  
 verb. *tonsuram*. Videtur eandem for-  
 mam pilei innuere, quod Signorellus  
 de Homodeis Consilio 23. num. 7.  
 tractans Doctoris & militis, uter  
 utri præferendus sit, prærogativas,  
 vocat pileum Doctoris *diadema*,  
 quod figuræ est semicircularis, &

capit rotunditatem; quæ ex eo maxime capite accommodata videtur huic pileo, quod æternitatis Symbolum fit: ac Doctorum fama, æternitati adæquanda est, nec labefactanda cum tempore.

Nihilominus forma quadrata, cujus plerisque locis est pileus Doctorum, non minus commodas aut minus fœtas mysteriis rationes supeditat. Ut propterea, non modo Italis, (teste Pancirolo lib. I. var. lect. juris cap. 23.) ea figura in hoc pileo iam olim sit probata, tametsi suo tempore in defuetudinem abiisse non neget; sed etiam Sinæ (ut scribit Nicolaus Trigaultius lib. I. expedit. Sinicæ cap. 8.)\* eam formam  
in

\* Extat illius pilei forma apud Kircherum in China sua illustrata, ubi vestitum P. Riccii describens, ait habitum hunc omnibus eruditis, omnibusque magni Occidentis Doctoribus proprium fuisse & peculiarem ante Tartarorum irruptionem, Nunc dura illos servitus, et quovis malo gravior amissæ libertatis memoria premit. Ita versant suas vices res humanae, nec unquam celerius ruunt, quam ubi omne felicitatis fastigium transcendisse videntur.



in pileis litteratorum adamaverint, cæteris non nisi rotundorum pileorum usu concessio. Et est sane forma quadrata solum immobilitatis & stabilitatis, ut considerat creditus Augustinus q. 52. & 65. & S. Gregorius hom. 21. in Ezech. At Doctoris, qui vere id nomen impleat, doctrina, non est facile mobilis: omni quippe doctrinæ vento circumferri in vitio ponitur ab Apostolo; idque fortassis expressum voluit, qui Mercurium, disciplinarum cœlestium, juxta Manilium lib. 1. Astronom. ac etiam eloquentiæ & veritatis præsidem, cubicum & quadratum effinxit, ut ex Leonide refertur lib. 1. Anthol. epigrammate ad Deos agrestes: ubi Mercurium vocat *τιτραγλῶχιν*. Esto vero, forma illa Mercurii quadrata, aliò iuxta nonnullos pertineat, ut refert Brodæus ad locum prædictum Anthologię: tamen sensus, quem ei subjicimus, non male quadrat. Eam er-

go firmitatem & stabilitatem doctrinæ, forma pilei quadrata melius adumbrat quam rotunda : cum rotunditas sit symbolum volubilitatis: ut propterea S. Augustinus in Ps. 83. *Sub initium*, observaverit, pecuniam apud omnes gentes signari rotundam, quia facile volvitur, & ab uno Domino ad alium transit. Itaque qui propter probatam doctrinam, sententiæ præconceptæ optime infisit, nec facile dimovetur de ea; (qualem par est esse qui Doctor publica autoritate renunciatur,) merito tesseram doctrinæ accipit, non rotundam, sed quadratam; quæ innuat, illum adeo firmum & stabiliter in doctrina constitutum esse, ut nullis adversis flabris, nullo contrario impetu concutiendus sit, nedum dimovendus aut evertendus.

Hinc perspicueprehenditur, quanta sit stoliditas eorum, qui pileum Doctoris caro emunt, male à doctrina, cujus tessera pileus est,

constituti. Quales innumeros jam suo tempore, orbem vacuis nominibus impleffe, deplorabat Petrarcha. lib. 1. de remed. cap. 12. & 46. Abusio ejus plane germana, qua plerique titulo tenus habentur Christiani, quia Baptismi Sacramento initiati sunt, & Christi caractere insigniti, tamen professione & vita, nihil minus sint quam Christiani, quos cum simia personata merito confert Gregorius Nyssenus lib. ad Harmonium de notione Christiani nominis. Nec dissimile est, quod de fele in nuptiali convivio refert Nazianzenus Orat. de Episcopis, & accommodat iis, quos Scriptura vocat pastores & idola. Haud aliter ergo se habent, qui doctrina vacui, & titulo ac gradu quem emergantur indigni, vacuum Doctorum nomen præferunt; vasa vacua, tamen signata, ut Dæmoniacam vocem huc transferam, de homine non Christiano, qui externum Christiani

ffiani signum usurpaverat. Nihil ta-  
 libus prodesse quæ ostentant diplo-  
 mata, nec posse Doctorum privi-  
 legiis potiri, ex Ancharono, Pa-  
 normitano, Baldo, ac Felino con-  
 firmat Petrus Lenaudiere tract. de  
 privilegiis Doctorum p. 1. q. 13.  
 Peccati mortalis tetra labe fordere  
 eam insignium Doctoratus postula-  
 tionem vel acceptionem, tradit  
 Glossa Clement. *cum sit*, de Magi-  
 stris V. *honorem*: in quam etiam sen-  
 tentiam alios adducit & sequitur  
 Bonus de Curtili Tract. de Nobili-  
 tate parte 3. num. 107. Verba qui-  
 bus Joannes Ludovicus Vivaldus  
 lib. de persecutionibus Ecclesiæ id  
 exponit, adscriptu digna videntur.  
 Recenset ille inter Ecclesiæ perfec-  
 tiones, decimam, quæ existit ab in-  
 digna Doctoris titulorum assump-  
 tione: & post expensam ac illustra-  
 tam doctrinæ parandæ in futuro Do-  
 ctore necessitatem, concludit §. *por-  
 ro quantis*. [*Patet itaque ex dictis, quod*  
 gra-

gradus Magisterii vel Doctoratus, non potest rationabiliter appeti, nisi prius qui talia ambiunt, sub disciplina labores & tedia multa sufferant, & discant ab idoneis praeceptoribus, quod postea alios docere valeant: quia teste Vegetio in I. libro de re milit cap. I. nemo facere meruit; quod se bene didicisse confidit. Et per consequens, patet responsio ad questionem; & quod Doctores nostri non excusantur à taqueo culpae mortalis, si indigne assumuntur ad gradum. Contra quos Glossa super Matth. 4. ait: Diabolus multos decepit, honore Magisterii inflatos, quibus pro mercede ambitionis suae, si poenitentiam non egerint, apud Inferos dabitur LUTEOLA, non autem Aureola, quia talis convenit veris Doctoribus in aeterna gloria. Hæc ille; pro signo Luciferianæ superbiæ statuens appetentiam Doctoratus, in eo qui vere doctus non sit: Qui tamen in particulari, quoad gradum Magistri in Theologia, tot & tanta de-



deposcit ut desperanda fere videatur idoneitas ad eum titulum. Nam teneri, qui talis esse affectat, & Grammaticam, & Rhetoricam, & Dialecticam & Arithmeticam, & Musicam, & Geometriam, & Astrologiam, & naturalem Philosophiam, & Medicinam, & Jura calere, late contendit. Nescio an auditurus ipsemet; *Tu es Magister in Israël, & hac ignoras,*

Inferre præterea ex dictis de Doctoris pileo licet, quantopere peccent, qui pro pecunia Doctoris pileum & titulum indigno conferunt. Hoc in Medico & Theologo à peccato mortali non liberat. Cajetanus in summa V. *Doctor*, & Fumus eodem V. Et ratio est, quia sunt Medici, ille corporum, hic animarum: ac proinde ingenti cum damno Reipublicæ proponuntur authenticè, tanquam digni quibus fidatur, in curatione ægritudinum, sive corporis, sive animæ. Anceps vero

vero nonnihil est Cajetanus, quem Fumus de more affectatur, an idem sit pronunciandum de Doctore juris Civilis. Esse tamen admodum verisimile, peccare item mortaliter eos qui in jure civili promovent aperte indignos uterque agnoscit, & diferte tradit Sa V. *Doctor*; habeturque etiam ex Quintiliano Mando-fio ad 16. reg. Cancellar. q. 13. & 14. Nec ratio est obscura, proponunt enim ut dignos qui clientum causas suscipiant, aut populis jura dicant, eos, qui præ imperitia præstare revera talia non possunt. Unde fortuna, & non raro honor, ac vita clientum, manifesto periculo exponitur, quantum est in ipsis, attestantibus dignum esse ea munera obire, qui revera non est dignus. Inter ipsos Civilis juris peritos, peccati mortalis damnat conferre indigno gradum Doctoris in jure, Petrus Lenaudiere Tract. de privil. Doctorum parte 1. q. 14.

Inferri denique ex dictis potest  
dijudicatio agitatæ non ita mul-  
to ante controversiæ, sitne pi-  
leus Doctoris cucullo Monastico  
potior.

## SECTIO XI.

*Integumenta capitis Sacrorum ho-  
minum apud Ethnicos.*

**F**Uere Ethnicis, fuere Hebræis,  
sunt hodieque Christianis, sa-  
cra quædam Numini addictorum ca-  
pitum tegmina, quæ consequenter  
ad hætenus recensita, operæ pre-  
tium est attingere.


Quoad Ethnicos, Suetonius lib.  
de genere vestimentorum, observat,  
Romanos triplex pileorum genus  
habuisse, Sacerdotum & Sacrorum  
hominum proprium; *apicem, tutu-  
lum, galerum*. Apicem, quem alias  
*pileum Epiroticum*, sive *Albanum* vo-  
cari ferunt, Straboni *πίληρα περιγώδην*  
Dionysius Halicarnass. lib. 2. agens  
de

de Saliis qui sacra in Palatio celebrabant, ita describit: *Gestant etiam capitibus, quos vocant apices, fastigiatos in coniformam pileos; Greci appellant Κουβαριος*. Non est hæc apicis Sacerdotalis descriptio sic accipienda, quasi solus apex esset turbinatus & fastigiatus in coniformam aut metæ formam; aut quasi solum id genus pilei, nomen *apicis* proprium haberet. Nam etiam pileum lanatum, cui nomen *tutulus*, metæ figura erat. Et in Albogalero, qui Flaminibus Dialibus usui erat, & ex pelle hostiæ albæ Jovi cæsæ conficiebatur, teste Festo, ac Gellio lib. 10. cap. 15. Pontificales Codices exscribente, apex affigebatur virgula oleagina: ut proinde liqueat verum esse quod Vives 2. Civit. cap. 15. variis testimoniis demonstrat, apicem quandoque, non pileum totum fouare, sed pilei fastigium duntaxat, ac veluti hapsum. Qui igitur *apex* peculiariter dicebatur,

tur, inde à cæteris item turbinatis pileis fecernebatur, quod pileum futile esset, circa medium virga emittente. Eum pileum Flamines, ammentis, qui offendices dicuntur, sub mentum adductis, religabant: cum nec excideret capite, tum ut pone pendere pro libito posset ac regeri: Cum alii Flamines apicem, duntaxat sacra obeuntes, gestarent; Flamen tamen Dialis eum semper gerebat, teste Appiano lib. 1. bellor. Civil. & Plutarcho in quæst. Romanis: quod tamen ex iis quæ Gellius lib. 10. cap. 15. ex Fabio Pictore & libris Pontificalibus excerptis, limitandum est ad Flaminem sub divo existentem. Nam sub

tecto,

*Apex hic Pontificatus erat insigne, ac plerumque Religionem & Sacerdotia in nummis denotat. Confirmant hoc inter cætera, ea quæ apposimus numismata, in quorum uno Cesar caput obvelatus, conspicitur cum apice & lituo, in alio, qui Triumvirorum Cesaris & Lepidi est, idem ille apex apparet, cum securi, aspergillo, & sympulo, additis inscriptionibus PON. & P. M. ut Pontifices Maximos illos fuisse appareat.*



recto, liberum erat pileum deponere. Imo necessarium fuisse Flamini morituro illum deponere, ne insigne Sacerdotii esset inter feralia, observat superius Appianus. A pileorum gestatione, dictos *Flamines*, quasi *pileamines*, nonnullorum sententia fuit, cui adscriptus est Pierius lib. 40. Alii tamen magis probant alias notationes, quas Vives loco allegato, & Lilius Gyraldus Syntagm. 17. pag. 458. proferunt; & omnes revolvuntur ad aliquid capiti impositum. Absurdissime vero Suidas V. *πρωτοίσι*. *Flamines* Romanis dictos censet, quasi *flumines* à cura fluminis, sicut *Pontifices* à *pontis* effectione denominatos, multi sunt arbitrati. Quomodo hic apex ad tutulum se haberet, ac etiam ad galerum, sive albogalerum, à galeæ forma denominatum, & ex pelle hostiæ confectum, jam attigi.

Sed non est omittendum, fuisse qui Romanum tutulum confunderet cum

240 ANSEL. SOLERIVS  
cum \* Phrygio amictu , cujus est  
mentio apud Maronem eo versu.

*Et caput ante aras Phrygio velatus  
amictu.*

Gyraldus Syntagm. 17. histor.  
Deor. hunc Phrygium amictum acci-  
pit de titulo Romano ; quem Ful-  
gen-



\* Phrygium hunc capitis amictum sub mystico  
Attidis ornatu in veterum aliquot nummis conspi-  
cuum esse , Pignorius in Magnæ Matris Deum &  
Attidis initiis docet , cujus tractatum ut non ita pri-  
dem , ita nunc ideam pilei publico damus.



gentius ad Chalcidium, ait fuisse pallium, quo Sacerdotes ad sacrificium accedentes caput tectabant. Sed melius antiquus interpres Juvenalis, ad illud Satyræ sextæ --- *Phrygio vestitur bucca tiara*, ostendit *Phrygium* fuisse tiaram, seu galeam Sacerdotis, quæ per malas veniens, mento subligabatur. Unde lux affunditur Valerio Flacco lib. 6. dicenti:

*Subligat extrema, patrium cervice  
tiaram.*

Nec non Senecæ, cujus illa sunt in Thyeste Actu 4.

---- *Hoc Phrygius loco.  
Fixus, tiaras Pelopis.*

Quod autem Phrygium per eas las veniens subligaretur mento, inde factum videtur, ut Andreas Balensis ex Hebræo Christianus, referent-  
Petrio Nannio in Notis ad S. Am-  
L bro-

brofii expositiones in Exodum, dixerit ; in aures quas Iacob una cum idolis fepelivit & infodit, non fuiffe vulgares in aures ; (quid enim illæ ad cultum idolorum, ut propterea idolis confepeliri debuerint ? fed fuiffe huiusmodi tegmen capitis Sacerdotum, in cultu idolorum aures regens, quales fuere apud Romanos infulæ ; eaque inaurium interpretatione exemptum fibi antiquum scrupulum profitetur Nannius. Sed non deest alia ratio scrupulum omnem eximendi, & inaurium cum idolis nexum monstrandi, etiamfi de inauribus vulgatis fermo effet, ut dicit Theoph. Rayn. lib. de Stigmatismo, sect. 2. cap. 7. post D. Augustinum q. III. in Gen. & Epistol. 73.

Apud alios Ethnicos certa signantur sacrorum hominum tegmina capitis. Summus Sacerdos Syriæ Deæ, qui solus erat purpuratus, aureo tiara usus proditur à Luciano libel-

lo de Syria Dea, cujus hæc sunt verba. Sacerdotes ipsis multi eliguntur, quorum alii quidem hostias mactant, alii autem libamenta ferunt: rursus alii flammiferi vocantur, & alii aræ ministri. Vestis autem tota candida est, pileum in capite gestant. Summus autem Sacerdos, alius ac novus unoquoque anno subrogatur; solusque hic purpuream vestem gerit, & tiara aurea redimitur. Sacerdotes Ægyptios & Ethiopicos, Diodorus lib. 4. autor est fuisse Pileatos.

Sacerdotes Persarum sacrificantes, Strabo lib. 15. ait gestare solitos tiaras *τοιλιάς καθηκύας ἐκάλειραν*. Unus interpretes vertit *filtraceas infulas ex utraque parte dependentes*. Repræsento contextum ex altera interpretatione. In Cappadocia, (etenim maxima est ibi Magorum multitudo, qui *Pyrethi* vocantur, & multa Persicorum Deorum templa) non cultro, sed stipite quodam mactant, tanquam malleo verberantes. Sunt

& pyratheia, septa quædam ingen-  
tia, in quorum medio ara est. In ea  
Magi, & cinerem multum & ignem  
perennem servant, & eo quotidie  
ingressi imprecationes faciunt, per  
horam ante ignem virgarum fasci-  
culum tenentes, pileis infulis velati  
ex utraque parte dependentibus;  
adeo ut vittæ labia contegant ac  
malas.

## BENEVOLE LECTOR.

**P**eccare utique in publica com-  
 moda existimarem, si qua de  
 Apicibus, Galero, Albogalero,  
 Apiculo, doctè non minus quam  
 solide edecumavit vir celeberrimus  
 PHILIPPVS RVBENIVS  
 in Electis suis, sicco hic penicillo  
 transirem, maxime cum ejus ex-  
 emplaria jam dudum distraeta  
 sint, nec eorundem copia jam pri-  
 dem haberi potuerit; quare inte-  
 grum ejus cap. xxv. lib. II. Electo-  
 rum hic inserendum duxi. Tu Le-  
 ctor, si ordinem authoris nostri  
 paulisper interturbatum animad-  
 vertes, studium saltem erga te no-  
 strum gratus accipe, & finito hoc  
 capite oculos denuo ad SOLE-  
 RIVM nostrum converte.

246 ANSEL. SOLERIVS  
PHILIPPI RVBENII  
ELECTORVM. LIB. II.

C A P. XXV.

*De sacris apicibus, eorumque materia & forma, Galerus, Albogalerus, Apiculum. Varronis lectio defensa.*

**C**VM pridem antiqua fori Romani monumenta curiosis oculis arbitrarer, plusculum me tenuit apicis sive pillei sacerdotalis elegans forma, quæ in Zophoro trium columnarum ad radices clivi Capitolini. & hac occasione domum post paulo reversus scidas & adversaria non indiligenter excutere cœpi. Multa quidem in illis, verum, ut fit, sparsim & confusim annotata. Sed & aliqua supervacua: quibus



bus de industriâ præteritis, elegi quædam, &, ut ita loquar, edecumavi, quæ maxime facere ad rem propositam viderentur, leviterque digesta capite uno complexus sum. *Apex* itaque sacerdotum est insigne, dictus ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo apere dicebant. unde aptus is qui convenienter alicui junctus est. Hæc Festus. Is autem duplex fuisse videtur, alter Flaminiæ, alter Pontificum, imo aliorum item sacerdotum. Communiter enim & ἄπικος à Festo sacerdotum insigne appellatur. Et Pacatus, in laudatione Theodosii: *insignes apicibus sacerdotes.* Sed & de Saliis Dionysius: Τῶν καὶ ἄπικος ἄπικος Ἰπικί, ἄπικος ἔ κεφαλαῖς. *Apices qui appellantur capitibus imponentes.* Nec Athenæus


naus aliò referendus: apud quem  
 ita Larenſius (ſive is Romanis  
 Laurentius fuit: ) Πίλλης τε ἔ κε-  
 φαλαῖς περικείμεθα ἔ προβατίων  
 δερμάτων δασεῖς. *Pilleosque capi-*  
*tibus imponimus è pellibus ovillis*  
*densos.* Nam Laurentius ille in-  
 ter Romanos Pontifices aut Sa-  
 cerdotes. Ita enim idem Athe-  
 naeus de illo : κατιστάμενον Ἰππὶ ἔ  
 ἱερῶν καὶ ἔ θυσιῶν ὑπὸ ἔ Μάρκου  
 βασιλέως. *Prepositum sacris sa-*  
*crificiis que à Marco Imperatore.*  
 Capit nempe argumentum fru-  
 galitatis Romanæ, quod etiam  
 tunc inter sacra Pilleis istis Ovil-  
 lis uterentur, prisco ritu. Atquin  
*Ovilli pillei*, apices sunt. Festus in  
 voce Tutulus : *Quidam pilleum*  
*lanatum esse dicunt, quo Pontifices*  
*utuntur.* Vides *lanatum*. nec  
 enim corium nudum erat, sed  
 cum



cum sua lana : & ideo *δαρτεῖς*,  
*denfos*, *crassos*, Athenæus dixit.  
 Isidorus : *Apex est pileus suti-*  
*lis*, quo sacerdotes gentiles ute-  
 bantur. Sutilis, nimirum è pelli-  
 bus, ut dictum. Idem ostendit &  
*Galerum* appellatum : *Galerum*,  
*pilleum ex pelle cæse hostiæ fa-*  
*ctum*. Et Apuleius in Apologia :  
*Diogeni pera & baculus*, quod Re-  
 gibus diadema, quod Imperatori-  
 bus paludamentum, quod Pontifi-  
 cibus *galerum*. Ergo sacerdotes  
 etiam habuere, eoque referenda  
 insignia Apicis in C. Julii Cæsa-  
 ris, C<sup>n</sup>. Domitii & aliorum nu-  
 mis qui extant. Nam viris doctis  
 & antiquariis nihil accredam, qui  
 Flamini Juliani notam esse vo-  
 lunt. Quid ? an ille Flamen ?  
 numquam inauguratus fuit : de-  
 stinatus tantum, & à Sulla statim

privatus. Itaque Pontificatum  
 ejus maximum notat. De pilleo  
 Flamini Varro tradit, proprie  
*Albogalerum* appellatum: *Fla-*  
*men solus habet Albogalerum, vel*  
*quod maximus, vel quod Iovim-*  
*molatâ hostiâ albâ fieri oportet.*  
 Ergo videtur ille solus album  
 Apicem gestasse, alii aliis colo-  
 ris. Præterea pilleo *Flaminum*  
 (verba Festi) *adfigebatur apex*  
*virgula oleagina.* Sed & discrimen  
 erat in ipsa gestatione. Nam  
 ὁ φλάγδου ait Appianus 1. Civil.  
 πλοφορεῖ μόνον αἰεὶ, τὰ ἄλλων ἱερέων  
 ἐν μόναις πλοφορέων τῶν ἱερουργίαις.  
*Flamen solus apicem sem-*  
*per fert, cum reliqui sacerdotes*  
*tantum in ipsis sacris.* Notabilis  
 hic locus & ad differentiam & ad  
 firmandos apices omnium sacer-  
 dotum. Formam eorum fuisse  
 scri-






scribunt κωνοειδῆ, sive meta-  
 lem. Dionysius: Πίλλης ὑψηλῆς  
 εἰς χῆμα σωμαγομῆς κωνοειδῆ, ἔς  
 ἑλλῶες κυρβάσις καλεῖσι. Pil-  
 leos altos in formam conii cōeun-  
 tes, Græcis Cyrbasias dictos. Var-  
 ro: Tutulati dicti hi, qui in sa-  
 cris in capitibus habere solent ut  
 metam. Quæ scriptura videtur  
 ferri posse, neque temere able-  
 gandum, in sacris, in quibus  
 eorum maxime usus. Sed & Fe-  
 stus de meta: Tutulus pillæus la-  
 natus metali forma. Et adstipu-  
 lantur numi antiqui: nescio an  
 lapides; certe non ii, quos ego  
 quidem vidi. nam hi pro meta-  
 li faciunt pæne semicircularem.  
 Ac ne quis oculorum meorum  
 fidem timeat, rem ipsam testem  
 dabo: lapides, inquam, ipsos ex  
 archetypis expressos, quorum

alter in arce Capitolina , alter  
in fornice Fabiano.


Addam tertium insignem ar-  
tificio cultuque , & ex orbe co-  
noque mistum. Est is, de quo  
capitis initio dixi, in clivo Ca-  
pitolino , fulmenque & oleæ  
ramum habet. Quare facile ad-  
ducor, ut credam, Flaminis esse  
Dialis : maxime cum aliquo-  
rum sententiâ , quibus album  
ego calculum adjicio, reliquiæ  
templi sint , quod Augustus in  
clivo Capitolino (P. Victore te-  
ste) Jovi Tonanti consecravit.  
Cum enim \* Palladius id ne-  
gat, quia tam culta tamque or-  
nata structuræ ratio non com-  
petit sæculo Augustæo , sane  
oculos in occipitio habuisse vi-  
detur , nec Epigraphen operis  
legisse, quæ restitutum esse di-  
cit.


\* *Lib. de Architectura.*











eit. Superest de Apiculo: *Apiculum*, inquit Festus, *filum quo Flamines velatum apicem gerunt*. Sed forte caligarunt exscriptorum oculi. Servius enim, *Apiculum*, ait, *quo Flamines velatum caput gerunt*. Dicit caput eo velari, non ipsum apicem, & referri possit ad ea quæ idem alibi: *Flamines in capite pilleum habebant, quod cum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat* Dionysius etiam respexisse huc videtur, cum scripsit Flamines gestasse *πλωτὰ καὶ εἴματα*, pilleos & filamenta. An & Stæsius Poëta?

*Lanea cui Phrygiæ coma Flaminiis.*

Livius enim filum, quo Feciales  
 usi, *lana velamen* appellat. et si  
 ad apicem referri quoque potest,  
 sicut hoc Virgilii :

*Lanigerosque apices.* —

Non possum tacitus præterire,  
 apicem pro pilleo à Cicerone  
 usurpatum, I. de Legibus, cum  
*ab aquila Tarquinio apicem im-*  
*positum* scribit, qui Livio pilleus  
 est in eadem re sive miraculo  
 narrando. itemque quod Appia-  
 nus I. Εμφυλ. de Merulâ no-  
 tat, apice deposito, venas sibi in-  
 cidisse, quod Flaminem apica-  
 tum mori nefas.

## SECTIO XII.

*Tegmina capitis Sacrorum hominum apud Hebræos.*

**A**liud apud Hebræos fuit tamen sacrum Pontificii capitis, aliud capitis Sacerdotum; tametsi LXX. & S. Hieronymus, communidarum nomine utraque illa tegmina designant, ut notavit qui de ea voce diligenter differit Ribera in cap. 3. Zachariæ à num. 14.

Pileum Sacerdotalem; (quem tamen Pontificibus quoque communem statuit, falvis appendicibus de quibus mox, foli Pontifici propriis,) S. Hieronymus ita describit in Epistola ad Fabiolam de vestitu Sacerd.

*Quartum genus est vestimenti, rotundum pileolum, quale pictum in Ulisse conspicimus, quasi sphaera media sit divisa, & pars una ponatur in capite, hoc Græci & nostri τιαγών, nonnulli galorum vocant, Hebræi Miznepseth:*

*Non*

*Non habet acumen in summo, non totum usque ad comam caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, & sic fabre opertum linteolo, ut nulla acus vestigi appareant. Quid illud in Ulyssæo? Erasmus divinavit hac in re aliquid jure à Mariano rejectum. Vera illius vocis notio est, porticus, in qua gesta Ulyssis depicta cernebantur. Ulysses autem cum pileo depingi solitum, ex Plinio habetur lib. 35. cap. 10. Nicomachus enim Aristodemi filius, Ulysses pileo primus operuit. Pileolus itaque qui in Ulyssæo, multiplici Ulyssis imagine exornato cernebatur, similis ex parte erat pileo Summi Hebræorum Sacerdotis, juxta Hieronymum. De eodem Hebræi Pontificis pileolo Josephus lib. 3. antiquit. cap. 8. *alias* II. hæc in eandem sententiam habet: *Super caput gestat pileum, non fastigiatum, neque**

que totum caput comprehendentem, sed paulo plus quam medium. Hic vocatur *masna emphthes*. Est autem tali paratu, ut videatur vitta linea saepe in orbem replicata & consuta, quam superne alia tela integit, usque ad frontem descendens, & per superficiem verticis suturarum deformitatem occultans. Hic adaptatur accurate, ne inter sacrificandum delabatur. Corrupte codex Josephi, non Latinus modo, sed & Græcus, vocem Hebræam *cidaris Sacerdotalis*, ait esse *Masna emphthes* cum legendum sit *Masnephtes*, vel *Misnephthes*, ut investigato themate è quo ea vox prodit, recte advertit Ribera Zach. 3. n. 14.

Cæterum ut appareat, quid *cidaris Pontificia* supra *Sacerdotalem* proxime ex Josepho expressam haberet, audiendus est idem Josephus, mox de proprio Summi Sacerdotis ornatu differens, & tegmen capiti ejus impositum, describens. Sic porro habet Josephus. *Pileo quali cæteri*

Sacerdotes, utebatur : super quem ex-  
 tabat alius consutulis, ex hyacinto va-  
 riatus. Hunc aurea corona triplici\* or-  
 dine circumdabat, in qua spectabantur  
 calyculi aurei, quales videmus in herba,  
 qua apud nos vocatur daccharus, apud  
 Græcorum herbarios hyoscyamus.  
 Quod si quis, aut visam aliquando non  
 satis animadvertit: aut nomine tenus  
 auditam de facie non novit, huic etiam  
 describere eam non gravabor. Herba  
 est tres palmos saepe in altitudinem ex-  
 cedens, nâpo similem radicem habens;  
 vix enim hac parte est alia similior; fo-  
 lia vero apio. Hæc è ramis emittit ca-  
 lyculum ipsis inhaerentem, vestiturque  
 tunica quadam, quam exiit fructu ad  
 maturitatem tendente. Calyculus an-

tenz,

\* Nihil erat Regum diademata, & varia gentilium  
 capiti pedumque ornamenta vidiſſe, niſi ipſum ſummi  
 apud Hebræos Pontificis habitum tibi repræſentemus.  
 Quid enim eſt quod conferri cum illo poſſit in quo  
 ſanctitas Domini requieſcit? & quæ magis auſuſta  
 pilei veſtiumque ratio eſſe poſſeſt, quam cujus author  
 Deus, index religio eſt? Quare ut integram illius ve-  
 ſtus notitiam habeas, en integram tibi illius formam ex  
 Villalpando damus, qualem ille ſcripturarum & Iſe-  
 phi veſtigia premens, nobis exhibuit.





tem est, quantus articulus minimi digiti, circumferentiam habens, crateri similem. Quod ipsum clarius faciam propter ignorantes. Ima sui parte circa fundum, dimidiato globo est rotunditate similis, mox in processu paulatim coarctatur; donec in extremitate rursus dilatatus in labrum exeat, mali punici umbilico incisuris simile, cui operculum orbiculare inhaeret, quasi de industria tornatum, eminentes habens incisuras quas dixi, ut in malo punico, aculeatas, & in acutos mucrones desinentes. Continet autem sub operculo fructum per totum calyculum, herba Sideritidis seminii similem. Florem vero fert, qui papaveris videri possit. Eiusmodi corona, ab occipitio circum tempora utraque procedebat: nam frontem isti calyculi non ambiabant; Sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod Sacris characteribus Dei nomen incisum habebat.

Videtur Josephus coronulas solii Pontificiae cidari adscribere, cum hic eas expresserit, non item describens  
cida-

cidarim Sacerdotalem. Lyranus ta-  
 men in cap. 39. Exodi, in Sacer-  
 dotali quoque cidari agnoscit co-  
 ronulas; non quidem aureas, qua-  
 les erant Pontificiæ, sed byssinas.  
 Quod videtur diserte habere Scri-  
 ptura Exodi 39. v. 25. ubi sic man-  
 datur: *Facies & tunicas byssinas ope-  
 re textili & filiis ejus, & mitras cum  
 coronulis suis ex bysso.* Quid clarius?  
 Et ex his Sacerdotum coronulis  
 byssinis, denominari potuere co-  
 ronati. Qua ratione expedire for-  
 tassis liceat, nodum quem Prosper.  
 Stellartius in opere de Coronis, ha-  
 buit pro Gordio, in D. Augustini  
 serm. 13. de tempo. Ait enim ibi  
 S. Augustinus: *Tunc ille Simeon se-  
 nex, famosus, annosus, probatus,  
 coronatus, tunc cognovit, tunc ado-  
 ravit infantem.* Hæret Stellartius,  
 quomodo dictus Simeon corona-  
 tus. Hoc puto de multis Simeonis  
 meritis accipiendum consentanee ad  
 locum ex vita S. Epiphanii §. de  
 Phi-

Philosopho converso. *O qui gestas  
 ceronam, Epiphani!* Id est: ò vir  
 multorum meritorum! favet item  
 locus in vita Simeonis Sali I. Julii  
 de corona solitudinis toleratæ, & de  
 corona animarum Deo oblatarum  
 meritis & labore sapientis illius fa-  
 tuti. Est enim corona Symbolum  
 meritorum; unde qui inibant con-  
 jugium, coronabantur in signum  
 servatæ illuc usque pudicitæ, &  
 victoriæ de hoste interno, per con-  
 servatam corporis integritatem.  
 Ideoque, cum celebrabantur se-  
 cundæ nuptiæ, præter alium appa-  
 ratum, qui deerat, mittebantur  
 quoque coronæ nuptiales, ut S.  
 Chrysofomus tradit Tractatu alte-  
 ro ad viduam juniorem, sive libro  
 de non iterando conjugio pag. mi-  
 hi 539 Erat ergo ea corona, in pri-  
 mis nuptiis, symbolum insignis vir-  
 tutis, & præclarorum meritorum,  
 ob servatam ad eum diem castimo-  
 niam. Et similiter qui multorum esse

meritorum significatur, potest dici *coronatus*. Qua ratione (ut dixi,) Simeonem senem, multorum meritorum virum, dictum esse ab Augustino coronatum, alibi censui. Sed fortassis potest quoque ex doctrina proposita, de coronato Sacerdotum Judaicorum capite, erui ratio alia ejusdem denominationis. Non enim est improbable Simeonem fuisse Sacerdotem, ut S. Cyrillus Hierosol. homil. de occurſu Dom. & S. Epiphanius l. de Prophetarum vita, tradiderunt; quamvis Maldonato & Janſenio ſecus viſum ſit, ob ſilentium Lucæ de ea prærogativa: quod tamen non eſt adeo firmum argumentum, ut probabilitatem ſententiæ contrariæ præſus excludat. Inhærens ergo ei ſententiæ D. Auguſtinus, Simeonem inter Sacerdotes habere potuit, atque adeo *coronatum* denominare. Eſt enim ſua Sacerdotio corona, juxta illud Rabbi Simeonis in Capitulis Patrum. *Tres ſunt*  
*coro-*

*corona; corona Legis, Sacerdotii, & Regni: corona autem boni nominis, ascendit supra omnes.* Apud ipsos quoque Ethnicos, *coronatum*, idem sonare quod gerentem Sacerdotium, probat Paschalius lib. 4. de Coron. cap. 13. ex eo quod Theopis apud Plutarchum de Socratis Dæmonio, jugulans Cabirichum Sacerdotem Tyrannorum fautorem, dixit; *Iaccum his, quibus es adulatus: Neque enim liberis Thebis, tu coronabere: id est Sacerdotium geres.* Addit enim continenter; *Neque posthac sacrifices illis diis, quorum Numina perjurio violasti, dum sepe pro hostibus vota fecisti.* Tertullianus item lib. de Idol. memorat aureas provincialium Sacerdotum coronas: & Prudentius corona repexum aurea Sacerdotem describit. Est enim regium quid, aut etiam regio principatu multo sublimius, Sacerdotii majestas: ut proinde mirum videri non debeat, auream coronam tametsi regium insigne,

figne, adscribi Sacerdotibus. Potuit ergo D. Augustinus, ei inhærens sententiæ, quæ Simeonem censuit Sacerdotem, denominare eum *coronatum*, quia vere apud Hebræos coronabantur Sacerdotes: *sin minus* omnes corona aurea, quæ summi Pontificis propria erat, at lanæ, ut dictum est.

Pontificem autem Hebræorum, ob præcellentiam supra Sacerdotes reliquos, aurea corona splendere par fuit, ut quanto aurum lanæ præstat, tanto ipsum cæteris præstare Sacerdotibus, fieret manifestum. Celebrat magnifice eam Pontificiam Hebræorum *cidarim*, Siracides cap. 45. v. 14. quem locum ex Josepho proxime adducto, illustrat ibi Jansenius. Vocat Siracides tegmen illud Pontificium, *gloriam honoris*, id est claritatem & veluti emphasim ac præcellentiam honoris, tantæ sublimitati merito debiti. Vocat præterea *opus virtutis*, sive *fortitudinis*;

M

quia

quia erat opus repræsentans auctoritatem & potestatem Pontificiam. Addit fuisse *desideria oculorum ornata*, quia micabant in eo opere, quæ visum mirabiliter pascerent ac oblectarent. *Sic pulchra, ante ipsum, (Aaronem primum Hebræorum Pontificem,) non fuerunt talia usque ad originem.* Fuerunt tamen post ipsum pulchriora, ut mox attingam.

### SECTIO XIII.

*Quæ Nostrorum Pontificum, Cardinalium, & Episcoporum capitis regmina.*

**P**ontificia Hebræorum cidaris proxime tacta, non obscuram præferebat imaginem cidaris Pontificiæ Christianæ, ut dicitur, in præfatione ad opus de attributis Romani Pontificis, cui titulus *Corona aurea super mitram*. Continet enim Pontificium hoc insigne, triplicem coronam, supra simplicem Epi-





Episcoporum inferiorum mitram. Inventum, ut plerisque visum, Bonifacii VIII. in quo multa mysteria detegunt Antonius Mazaronus libello de tribus Pontificiis coronis, & Carolus Paschalius lib. 9. de Coronis cap. 14. & lib. 4. cap. 21. Fuisse tamen hoc gestamen antiquius, quam ipsi arbitrentur, nec à Bonifacio adinventum, vel (quod alii sunt arbitrati,) à Paulo II. primum inductum; sed à Paulo, cum exolevisset, fuisse revocatum, monuit Jacobus Cardinalis Papiensis lib. 2. Commentar. de rebus Pauli II. Sed quando coronas hinc jampridem ablegavimus, non est in ista hærendum, sed obiter duntaxat dicendum, eam nunc, unico texto, mitram & diadema comprehendere, ad binas Pontificis potestates insinuandas: æque ac in Pontificia Hebræorum cidari, idem expressum esse, notavit Josephus 3. antiq. cap. 8. & attingit etiam Philo lib. 3. de vita Mosis.

Sive

Sive autem operis majestatem, sive mysteria eo comprehensa quis attendat, vel perfunctorie; liquido apprehendet, tanto magnificentius esse hoc nostri Pontificis gestamen supra Aaronicum, quanto differentius præ Hebræo Pontifice nomen hæreditavit.

Sed his in præsentia dimissis, integumentum Pontificii capitis quasi usufructarium, est *camelancus*: Ita legendum, non ut apud Suidam *camelanxius*; vel ut apud Bedam lib. 3. de tabernac. cap. 8. *camelancum*, vel *calamaum*. Nec magis commode Achmet. Onirocriticus cap. 219. vocat *calymanchium*. Ethymologicon, derivat eam vocem παρὰ τὸ ἐδύσει τὸ καύμα, quod prohibeat calorem. A Beda supra, dicitur esse pileus, in modum parvulæ castidis, extensus supra summitatem capitis. Hujusmodi ergo capitis tegmine, uti solitum Romanum Pontificem, scribit Anastasius in Constantino Papa, cujus magnificentissimum ingressum Constantinopolim, describens, ait.

*Pontifex & ejus Primates, cum sellari-  
bus Imperialibus, sellis & franis inau-  
ratis, simul & mappulis, ingressi sunt Ci-  
vitatem: Apostolicus Pontifex cum ca-  
melaugo, ut solitus est Romæ procedere,*  
Non videtur hoc tegmen capitis,  
tum Pontifici usuarium, aliud fuisse,  
quam pileolus purpureus, quo fem-  
per operitur; cujusmodi Camelauc-  
ciis usos item Imperatores, doce-  
mur ex Constantino Porphyrogeni-  
to in Chorographia. Alterius ma-  
teriæ erant, quæ eo nomine passim  
apud Italos donabantur capitis teg-  
mina, quæ Cedrenus in I. ita me-  
morat. *Est & aliud genus Sportæ, quæ  
pilei loco capiti imponitur; Italis Ca-  
mela dicta, unde & Camelaucia.*  
De Camelaucio, pluscula Rosveydus  
in Onomastico V. *Camelauchium.*

Secundum Pontificem, eminent  
in Dei Ecclesia Cardinales, ut late  
probat Manfredus lib. de Cardina-  
libus cap. 6. & Albanus de Cardin.  
q. 6. Cardinalibus ergo pileus &  
gale-

galerus \*ruber, concessus primum ab Innocentio IV. in Concilio OEcumenico Lugdunensi anno 1244. vel

Pileus Cardinalium.



anno 1245. (ut Spondanus in Bre-  
viario statuit, ) in pervigilio Na-  
talis Domini, creatis 12. Cardi-  
nalibus eo loco dignissimis, inter  
quos Hugo de S. Caro Ord. Prædi-  
catorum, scriptis gestisque notissi-  
mus. Non desunt tamen, qui multo

antiquiorem pilei rubri usum fuisse contendant, & initio omnibus Episcopis fuisse communem statuunt. Ita Erasmus lib. 3. de ratione concionandi; eo referens factum D. Augustini, qui repudiavit pileum *pyrrhum*, id est *rubrum*, dicens talem byrrhum decere Episcopum, at non decere pauperem Augustinum. Ita vir Sanctus serm. 50. de divers. Verum neque D. Augustinus repudiavit pileum *pyrrhum*, ut absurde refertur: neque byrrhus quem ob pretiositatem repudiavit, erat merum capitatis tegmen, cujusmodi est hodiernus Cardinalium pileus, atque galerus. Æque extra rem est quod Panciro- lus l. I. thesau. var. lect. juris c. 81. ait *byrrhum* significare pileum quadratum, quod probat ex Actis S. Cypriani, qui capite minuendus byrrhum deposuit. Sed quid hoc ad pileum quadratum, vel etiam ad pileum? Non minus absurde vetus Juvenalis Scholiastes ad illud Satyræ octavæ.

--- Si nocturnus adulter  
 Tempora Santonico velas adoperta  
 cucullo.

Existimavit his verbis significari, quem Græci Κόκκος Latini *byrrhum* appellant. Absurde omnino. Nam *coccus*, granum est valde rubens, unde vestes *coccinea*, vel neutro genere *coccina*, apud Martialem lib. 2. epigr. 43. aut *coccea*, ut habet lectio emaculata apud Jeremiam, eo versiculo, *qui nutriebantur in cocceis* (vulgo minus apte, ) *in croceis, amplexati sunt stercora.* Quid igitur cocco & byrrho? cum *coccus* granum vel coloris nomen sit, *byrrhus* vero indumenti, quod poterat non esse pretiosum, quale semper est *coccineum*? Nam *byrrhum* fuisse quoque pauperibus accommodatum, Augustini proposita verba demonstrant, nec non Acta S. Deicoli cap. 4. & habetur etiam ex illo Persii versu *Satyra* 1.

*Scis comitem, byrri tetra donare  
lacerna.*

Nec non ex illo Aufonii ad Drepa-  
nium:

*Nobilis horribili iungatur purpura  
burra.*

*Burrum* enim dicebant antiqui, Festo teste, quod postea *ruffum*, vel græca voce *byrrhum* est dictum. Quanquam S. Gregor. lib. 7. reg. epist. 5. *byrrhum albam* in baptismo datam agnoscit. Denique in Cod. Theodos. cum habitus cuique pro conditione definitur. lib. 14. l. *sine exceptione tit. de habitu*, in hunc modum legimus. *Servos omnium, (quorum tamen Dominos sollicitudine constat militia non teneri,) aut byrrhis uti permittimus, aut cucullis.* Ubi vides, *byrrhum* aliquem, fuisse vile indumentum, & servis accommodatum. Esto, possint item dari *byrri* pretiosi, quales à se ablegabat D. Augustinus, & à Monachis



nachis Isidorus in regula cap. 14. nec non Cassianus lib. 1. cap. 7. E contrario, Episcopis in usu fuisse byrrhos, legimus: ut S. Athanasio ex Palladio in Lauf. cap. 51. S. Nonno ex Actis Pelagiæ pœnitentis cap. 12. S. Briccio ex Gregorio Turonensi lib. 2. histor. Franc. cap. 1. & ex Honorio serm. de S. Briccio. Item S. Cypriani acta ferunt, cum plectendus esset, exuisse *byrrhum*; inde Dalmaticam, & sic in linea expectasse spiculatorem. Alibi dicitur exuisse se *lacernam byrrhum*. Ubi junguntur *byrrhus* & *lacerna*, quæ Severus 1. Dial. cap. 14. discriminat, *byrrhum* rigentem statuens, *lacernam* vero fluentem. Erat ergo *byrrhus* in usu Episcoporum; proindeque potuit esse pretiosus: unde in Concilio Gangrensi cap. 12. compescuntur sub anathemate Monachi qui palliis utentes, damnabant utentes *byrrhis* cum reverentia. Quod Cujacius ad lib. 11. Cod. tit. 8. de

vestib. holof. *byrrhos* fuisse sericas  
 vestes censuit, quas Græci Βύρρος ap-  
 pellabant, ut ajunt Zonaras, &  
 Theodoretus ab eo adducti, non  
 placet: Cum byrrhum fuisse genus  
 vestis, quod fervile esse poterat, nec  
 pretiosum necessario erat, sit demon-  
 stratum. Plura de byrrho Laurentius  
 Landmeter lib. 1. de vet. Cler.  
 Mon. parte 1. cap. 12. Salmasius ad  
 Vopisci Carinum, Rosvedius in Ona-  
 mast. V. *byrrhus*. Molanus lib. 3.  
 de Canonic. cap. 8. Lælius Bisciola  
 tom. 2. subsec. lib. 16. cap. 8. &  
 Pennotus l. 1. histor. Canon. regul.  
 c. 22. qui concludit *byrrhum* fuisse  
 cappam cum caputio, cujuscunque  
 demum esset coloris. *Palliolum* vo-  
 cat Gregorius Turonensis agens de  
 S. Brictio, qui in suo byrrho pru-  
 nas collocavit ad innocentiaë suæ  
 assertionem; ut suspicio esse possit,  
 byrrhum fuisse pallium multo bre-  
 vius, quale super albam tunicam  
 gestant Episcopi. Qualecunque vero  
 indu-

indumentum fuerit ; (venit enim nomine vestis, & ejus definitionem amittit, ex Martiano Capella de nupt. Philol. lib. 4.) longe aliud fuit à pileo rubro, nec fuit solis Episcopis peculiare capitis tegmen, ut blaterabat Erasmus.

Pileum itaque & galerum rubrum, qui ex Innocentii IV. decreto, quod referebam, Cardinalibus in usu est, nunquam fuisse proprium Episcoporum, ratum esto. Quanquam aliquos Antitistes, extra Cardinales, post Innocentium IV. id genus tegminis sibi arrogasse, intelligitur ex Pauli II. decreto, & pœnis in delinquentes statutis, ut Platina qui aderat, scribit in Paulo II. Usus tamen legitimus, Cardinalium duntaxat semper fuit : quos Martinus Polonus, qui Innocentii ævum attigit, testatur purpureo illo colore donatos, ut meminissent, si res ferret, occumbendum sibi esse pro Ecclesia, & cervices gladio

messori subjiciendas. Acris enim hyems à Federici II. Imperatoris malignitate Ecclesiam infestabat, nec deerat Martirii occasio. Eodemque revolvitur, quod ait Ludov. Vivaldus in Opere Regali, Tract. de 12. persecutionibus, in suasionem ad Carolum de Carreto, creatum Cardinalem. *Pileus (inquit,) rubens datur Cardinalibus, quia igne amoris & charitatis, pro Ecclesia Christi arde- re debent, & ex Charitate omnia facere, ut mente ac spiritu, etiam Martyrio non deficiant.* Idem fortitudinis & charitatis sive incentivum sive monimentum, ex attributo Cardinalibus purpureo colore, proponit S. Antoninus 3. p. summæ majoris titulo 21. cap. 1. §. 2. & Ciacconius in Innocentio IV. Et eodem recidunt quæ in hanc rem profert Petrus de Alliaco lib. de potest. Eccles. par. 1. cap. 3. Possumus etiam meditari cum Facundo Hermianensi lib. 12. cap. 4. Zenonem Imperatorem ad-  
mo-

monente, purpuræ colorem significare flammam curarum, quibus perpetuo circumdari debent Cardinales. Si hoc ipsum (ajebat Zenoni Facundus,) quod tibi omnia licent, caminum esse tua probationis intelligeres, etiam ipsius purpuræ, qua vestiris, specie, id est colore, semper admonitus, velut in medio flammæ te crederes constitutum.

Germanissima tamen ratio purpuræ Cardinalibus attributæ, petenda videtur ex significatione participii, aut potius vicinæ potestatis Cardinalium, ad summam & Regiam Pontificis in Ecclesia potestatem. Fuit enim purpura jam olim Regium indumentum: ut idcirco Constantinus Magnus, usum purpuræ Pontifici Romano in signum Regiæ potestatis attribuisse legatur, & eo privilegio caruisse Patriarcham Constantinopolitanum testetur Balsamon in prima Meleta: quia (inquit) non coronatur loco Regni: & idcirco neque cocco tinctis calceis se spectandum præbet,

ne-

neque alio privilegio veteris Romæ utitur. Apud Nicetam Choniatem lib. 1. histor. Alexandr. datis purpureis calceis designatus est Imperator: similiter apud Nicephorum Gregoram lib. 4. Irene filia Alexii, quia destinata hæres Imperii, jubetur rubras inducere. Literæ rubro sigillo & serico munitæ & conchæ sanguinæ pictæ, propriæ erant Imperatoris. Videtis Nicetam Choniatem lib. 1. de gestis Manuelis *fere initio*, & Georgium Logothetam in Chronico Constantinopol. Ipsi Domestici Imperatoris ut spectare ad ejus familiam agnoscerentur, Clavo purpureo vestem inoculabant, ut affirmat S. Dorotheus doct. 1. Ut ergo inueneretur conjunctio Cardinalium cum Romano Pontifice, tanquam Ecclesiæ Principum cum Rege, donati sunt purpura. Et videre est apud Georgium Logothetam in Chronico Constantinopol. *pag. mihi 399.* Pelagium Romani Pontificis Legatum,

tum, (utique Cardinalem, ) ante Innocentium I V. habuisse talaria purpurea, & vestem, ac sagum, ac etiam frænum purpurei coloris; in signum participatæ Regiæ in Ecclesia potestatis summi Pontificis. Eodem ergo spectat pileus, & galerus purpureus Cardinalium ab Innocentio IV. attributus. Nam vestem purpuream, communem omnibus Cardinalibus fecit post Innocentium IV. Bonifacius VIII. ut in ejus vita asserit Ciacconius, & Hieronymus Albanus de Cardinal. q. 8. quanquam plures tribuant Paulo II. à quo id statutum dicunt anno 1464. Sabellius Ennea 9. lib. 6. Platina, & Volaterranus. Quanquam Azor Tomo 2. lib. 4. cap. 3. q. 18. coccineum duntaxat pannum ad ephippiarium in fragulum à Paulo Cardinalibus concessum, tradit.

Et congruit sane Cardinalibus vestis eo colore, tum ob conjunctionem cum Summo Pontifice nunc tactam,  
tum

tum etiam quia eorum est Duces  
 agere in præliis Domini. At præ-  
 liantibus & maxime Ducibus ap-  
 posita est vestis rubra & purpurea,  
 idque est quod Plinius lib. 22. cap. 2.  
 coccum ait Imperatoriis dicatum  
 paludamentis. Et ita olim tulit usus,  
 quod de Laconibus agens sic tradit  
 Ælianus lib. 6. var. histor. cap.  
 item 6. *Purpuram in præliis induere  
 necessitas fuit. Color ipse habet nescio  
 quid angusti. Deinde fluorem sangui-  
 nis è vulneribus occulit. Denique cum  
 purpure aspectus acrior sit & terribi-  
 lior, hostem percellere potest. Sic recte,  
 eum locum ab alio Interprete luxa-  
 tum, exprimere par est. Carthagi-  
 nensibus pugnantibus idem color  
 placuit, ex Silio cujus illa sunt lib. 3.*

---- *Rubra velamine vestis,*

*Ars erat in pugna fusum oculuisse  
 cruorem.*

*His rector fulgens ostro super altior  
 omnes*

*Germanus nitet Annibalis.*



Iberos purpureis vestibus in pugna amictos more patrio fuisse hostibus terribiles, prodit Polybius lib. 3. Potuit ergo hanc quoque ob causam, præter aliam jam propositam, attribui Cardinalibus purpura, tanquam Ducibus in bellis Domini; aut Triariis in præliis Ecclesiæ, contra Satanam & Dei hostes.

Si quis malit ad dignitatem in Ecclesia veluti Senatoriam, usum purpuræ Cardinalibus attributæ referre, non refragabor. Senatorum quippe Ecclesiæ munus, dignitate Cardinalitia conferri, Palæotus in Opere de sacris consultationibus, & alii tractantes de Cardinalibus, agnoscunt. At purpura Senatoribus in usu erat. Idque est quod Plinius lib. 9. cap. 36. ait, purpuram distinguere ab Equite Curiam. Nec illud ab hoc loco alienum, quod Plinius ibidem ait, purpuram Diis placandis advocari, omnemque vestem illuminare; nimirum quia prætebatur.

batur. Addit Hieronymus Catena, dissertatione de concedendo Cardinalibus è Religione assumptis, pileo rubro; qui inter Philosophos sapientiæ laude fuere celeberrimi, purpura esse amictos, Empedoclem, Hippiam, Gorgiam, Porphyrium, & alios: quod unde habuerit, mitto quærere. Hæc omnia ad purpuram Cardinalibus attributam, non difficile possunt accommodari; & nominatim ad pileum purpureum, cujus usus ad Gregorium usque XIV. negatus Cardinalibus è Monachismo assumptis, ad istos quoque ab eo Pontifice extensus est anno 1591. Nono Junii.

In pileo Crux superne efformatur, æque ac in pileo Clericorum. Unde etiam monentur Cardinales, tesseram hanc Regiæ suæ dignitatis, non minus Crucem & Martyrium præferre, quam coronam Regiam, cui nomen *Martyrii*, in scriptura inditum, notavit Procopius in lib. 4.

Reg. ad cap. II. Sane S. Carolum Borromæum, quo flagrabat Crucis amore, nunquam purpureum pileum suum Cruciatum deponere solitum, & in ipsa etiam ægritudine extremos trahentem spiritus, eo amiciri voluisse, produnt ejus Acta pleniora. De hoc pileo librum edidisse fertur Scapius, hæcenus mihi non visum.

Unum singulare pilei hujus privilegium proferunt aliqui, ut si alicui reo, dum ad supplicium deducitur, super caput ab obvio Cardinali imponatur, liber demitti debeat, effugiatque supplicium. Non secus ac olim vestales, referente Plutarcho in Numa, si casu incidissent in reum morti addictum, exolvebant illum & subducebant cruciatibus. Tradunt quod dixi de Cardinalibus, Bald. in l. addictos C. de appellat. & ibidem Abbas & Salicetus & Paulus de Castro. Cepola cautela 2. Barbat. Tract. de præstant. Cardin.

Cardin. q. 9. Iafon §. *pœnales*. Inffit. de action. Hippol. de Marfil. fingul. 273. Martinus Laudensis Tract. 1. de Cardinal. q. 6. & tract. 2. q. 47. Felin. ad c. *querenti* de Offic. deleg. Tiraquellus de pœnis causa 55. Marquardus de Sufanis tract. de cœlibatu Sacerdotum non abrogando cap. 9. num. 26. Hieron. Albanus de Cardinal. q. 42. qui unum adducit in contrarium Antonium Corferum in suis singularibus vers. *Cardinalis*, & singula ejus argumenta dissolvit. Fatetur tamen Albanus, excipi crimina quædam, ut læsæ Majestatis & falsi; Idem de crimine falsi notant plerique adducti à Cenedo p. 2. collectan. ad Decretales, Collect. 26. & 115. num. 4. ac. 139. num. 10.

Cæterum quod de pileo rubro dictum est, æque aptari potest ad rubrum galerum, quo item utuntur Cardinales. Et simili galero rubro ob similem finem donatum piissimum Regem

Regem Scotorum Willelmum ab Innocentio III. in superque ense, scribit Hector Boëthus.

Episcopis peculiare capitis tegmen est, viridis galerus & \* mitra.

Mitra Episcoporum.



Utuntur quidem mitra alii quoque; sed vel prout Episcopi, vel ex privilegio: quod in Abbatibus improbat Petrus Bles. Epist. 90. & S. Bernardus ad finem Epist. 42. Viridi autem galero utuntur foli  
Epi-

Episcopi, ita ut in Clero Christiano, hæc sit nota gradus in religione sublimioris, sicut Petrus Bellonus lib. 3. observ. cap. 24. notavit, apud Turcas, viridem tiaram esse majoris religionis insigne, nec caligarum aut vestium viridium usum ulli concedi, præterquam iis inter ipsos nobilioribus, qui ad Mahumetem genus suum referre possint. Nolo ego ex adeo cœnosa scrobe haurire usum Christianum, hac in parte vigentem. Sed malim dicere, viridem colorem admonere vigentis studii, quod vividum sit, nec marcescat. Sicut plantæ quamdiu virent, vigent; nec vel à colore sub nube torrente tabescunt, vel ab uligine nimia putrescunt. Quid si etiam viror, qui in herbis nota est propagationis, juxta illud Genes. I. *Germinet terra herbam viventem, & facientem semen.* Commoneat qui ejus coloris galeorum præferunt, non esse illis otian dum; sed eorum esse, propagare sobo-

fobolem sanctam Deo, in agro Ecclesiae. Viderint vero quibus venustas muneris Episcopalis arridet, ne significatum sit illis, hunc esse virorem mox exsiccandum. Sicut corporea pulchritudo, mox marcens, caducitate sceni virentis, mox exsiccati, adumbratur in Scripturis, ut perpulchre prosequitur S. Ambros. 3. hexaëm. cap. 7.

Mitra Episcopalis bicornis, & patulo curvamine superne hians, respondet pileo cornuto priscorum Sacerdotum Ethnicorum, quem in Nabide, Ammonis Sacerdote, sic describit Silius. l. 15.

*Ardebat gemma garamantide, carula vestis:*

*Ut cum sparsa micant stellarum lumina caelo,*

*Et gemmis galeam clypeumque accendat auro:*

*Casside cornigera dependens infula, sacros*

*Præ se terrores Divûmque ferebat honorem*

Cornuta item erat Bachi mitra, ut meminit Lucianus in Bacch. indeque Bacchus *Κεράσορος* five *corniger* est denominatus. Non nemo mitram vocat *infulam*. Imo Hugo Victorinus l. I. de Sacram. cap. 55. mitram, tiaram, infulam, pileum, pro eodem accipit. In rigore tamen, aliud fuit *infula*, aliud *mitra*. Infula enim erat fascia lanea, partem capitis capillo tectam ad bina tempora aperiens, utrinque astricta ac dependente vitta; ut propterea vittæ & infulæ sæpe confundantur; inquam rem differit copiose & erudite Bernartius ad lib. 5. Thebaidos Statii ad V. 678. proinde idipsum erat *infula* in Pontifice, quod *diadema* in Rege: Videtis Paschaliū l. 4. c. 22. At mitra aliter se habet, ut notum est. Non raro mitra *phrygium* dicitur. Ut cum S. Cælestinus I. dicitur misisse S. Cyrillo *phrygium*. Ba-  
ro-



ronius quidem anno 430. id accipit de pallio, indice plenissima potestatis. Nicephorus autem lib. 14. cap. 34. id accipit de mitra. Nam eodem modo accipitur phrygium in edicto Constantini, quod agnoscit ea in parte Leo IX. Epist. ad Michaellem & Leonem cap. 13. Item S. Isidorus l. 19. Orig. cap. 31. *phrygium* interpretatur, pileum caput protegentem. Optime Sugerius Abbas in vita Ludovici Crassi. *Circumdantes capiti ejus phrygium, ornamentum Imperiale, instar galeae, circulo aureo concinnatum, imponunt.* Et optime quoque ex ipsis Græcis hanc phrygii notionem illustrat Eugubinus sub finem libri primi contra Vallam pag. *mibi* 263. Phrygium ergo à Cœlestino transmissum Cyrillo, est mitra phrygio opere constans; quali fortassis post Constantini donationem utebatur Romanus Pontifex. Quod enim in eo donationis Constantini edicto, Bal-

samon *lorum*, cuius ibi quoque fit  
 mentio, accipit pro mitra, recte  
 rejicitur à Gretsero ad Codinum  
 lib. I. cap. 16. num. 12. Diserte  
 enim in edicto illo, *lorum* secerni-  
 tur à *phrygio*, quod mitram sona-  
 re non est dubium. Novum porro  
 videri non debet; quod mitram à  
 Cœlestino transmissam dicamus ad  
 S. Cyrillum, cum constet Grego-  
 rium VII. transmisisse B. Anselmo  
 Lucensi *mitram capitis sui, tanquam*  
*potestatem suam ligandi & solvendi,*  
 ut refert Baronius anno 1085. Si-  
 militerque Innocen. II. ablatam de  
 capite suo mitram, capiti S. Ma-  
 lachiaë imposuit, indicem plenu-  
 dinis potestatis. Sic igitur sentio de  
*phrygio* ad S. Cyrillum transmissio,  
 à Cœlestino Papa, quo postea usos  
 S. Cyrilli successores, prodit Ni-  
 cephorus. Ex quo vides, usum mi-  
 træ esse in Ecclesia perantiquum,  
 quamvis recentius sit, ut auro, &  
 attextis gemmis exornetur: quod  
 non

non ante annos sexcentos accidisse, scribit Onuphrius in calce libri de vocibus Ecclesiasticis obscurioribus. Et sane mitra S. Sylvestri, Avenione Romam transmissa, linea erat & alba, eamque procedentem gestasse Eugenium IV. scribit in ejus Actis Platina, Et verisimile est fuisse mitram, qua ante phrygium à Constantino acceptum, utebatur S. Sylvester; vel certe fuisse mitram minus solemnem, & quasi usuariam. Qui autem scripsit, usum mitræ ante annos sexcentos fuisse Ecclesiæ incompertum, vel ex hoc exemplo factis revincitur. De significatione geminorum cornuum mitræ Episcopalis, varii varia statuunt. Petrus Gregorius lib. 15. Syntagm. cap. 12. existimat insinuari binis illis cornibus, necessariam Episcopo cognitionem utriusque Testamenti. Paschalius l. 4. de Coron. cap. 21. putat significari geminas dotes præcipuas, Episcopo consentaneas; scientiam

tiam videlicet & sanctitatem. Quo eodem jure dicere licet, significari charitatem in Deum & in proximum, Episcopi propriam quarto modo. Vel certe significari sui & aliorum curam. Eo quippe Blesensis ferm. 40. refert binos cereos arduentes, quos ait adhiberi, cum Pontifex Romanus aliquem inaugurat. Quodcunque horum eligatur, perinde est ad rem nostram.

#### SECTIO XIV.


##### *Pileus Sacerdotum & Clericorum.*

**R**eliquo Clero communis est pileus, quem etiam Episcopi extra solemnitates usurpant. Alicubi tamen non Clerus universus; sed soli Sacerdotes, aut qui in Clero eminent, jam insigniti sacro ordine, pileo utuntur. Ita servatur in Ecclesia Metropolitana Lugdunensi, in qua nulli infra Sacerdotes, sive in choro, sive extra chorum, conceditur

Pileus Clericalis quatuor costarum.



Pileus Clericalis trium costarum.



ditur usus pilei , præterquam iis è prima nobilitate Canonicis , (*Comites* passim audiunt , titulo ei gradui conferto , ) qui jam subdiacognatu sint initiati. Cæteri omnes , ac ipsi etiam *Comites* nondum sacro ordine insigniti , nudis capitibus in choro adsunt , & domum nudis regrediuntur capitibus , ut me vir Doctus Comitii primarii frater Johannes à S. Albino admonuit. Affine est , quod item apud Gothos soli Sacerdotes , omnibus laicis exclusis , sunt pileati. Audi enim Jornandem lib. de rebus Gothicis num 35. *Dicerus Gothus è Gothorum gente , elegit nobilissimos & prudentiores viros , quos Theologiam edoctos , fecit Sacerdotes , nomen illis pileatorum contradens : ( ut reor , ) quia opertis capitibus tiaris , quos pileos alio nomine nuncupamus , litabant : reliquam vero gentem , Capillatam dicere iussit ; quod nomen Gothi pro magno suscipientes , adhuc hodie suis cantionibus remi-*

*remiscantur.* Viderit Curiosus Lector cui fano D. Augustini Codice frui contigerit, num tale quippiam de Africanis ab eo insinuetur; Tract. 7. in Joan. cum de seductione Christianorum agit, per adhibitum dolese nomen Christi. Nam noster quidem Codex foede corruptus est, nec bonus sensus elici potest ex illis: *Novi aliquo tempore, illius pileati Sacerdotem, solere dicere, & ipse pileatus Christianus est.*

Forma pilei Clericalis, inter Christianos non est ubivis eadem. De extremis orbe toto Moschis, ita Sigismundus Baro Commentario de rebus Moscoviticis: *Sacerdotes vestitum prope laicorum habent, extra biretum parvum & rotundum, quo rasuram tegunt, pileum amplum contra calorem & imbres superimponentes: aut pileo oblongo ex castorum pilis, colore griseo utuntur.* Usus huiusmodi oblongorum pileorum, frequens est Clericis in oris Septen-

trionalibus. Alicubi forma pilei Ple-  
 ricalis est rotunda, ut videre est  
 apud Barbofam allegat. 9. Passim ali-  
 bi usurpatur forma quadrata, quam  
 pilei formam ad Clericos Christia-  
 nos derivatam esse à Regibus Persa-  
 rum, Armeniorum, ac Medorum,  
 affirmat Pancirolus lib. 1. var. lect.  
 juris cap. 21. Persas quoque & Ly-  
 dos Dynastas pileo quadrato usos,  
 ait Caracciolus ad regulam Theati-  
 nor. parte 2. cap. 2. §. *pilens*, adducto  
 Dionysio Halicarnasseo lib. 3. Sed  
 Dionysius non agit de tegmine ca-  
 pitis, sed de veste quam Lydis &  
 Persis fuisse quadratam, (cujusmodi  
 apud nos est Diaconorum,) obser-  
 vat Hadrianus Junius lib. 1. animad-  
 vers. cap. 13. Verba Dionysii rem  
 clarè conficiunt. Describens enim  
 reditum Legatorum Ethruriæ, ad  
 Tarquinium, ait eos attulisse *Princi-  
 patus insignia*, quibus suos Reges ornare  
 consueverant; coronam Regiam, & sel-  
 lam eburneam, sceptrumque in summi-  
 tate



tate habens aquilam, & purpuream tunicam auro distinctam, purpureumque amiculum varium, qualia Lydorum atque Persarum Reges gestarunt: nisi quod non quadrata, ut illa, sed figura erat semicirculi. Hoc vestimenti genus, Romani togam, Graeci τήβεννον appellant. Nihil (ut vides,) apud Dionysium est, pro quadrato ad Lydos vel Persas referendo. Allegantur vero in eandem sententiam à Pancirolo cap. illo 21. Plutarchus in Artaxerxe, & in Antonio, Arrianus lib. 9. gestor. Alex. Curtius lib. 3. Athenæus lib. 12. cap. 3. & Alexander Neapol. l. 1. cap. 28. Sed quod hi autores de veste quadrangula dixerunt, cur ad pilei formam quadratam sit relatam, non adverto: Et fortassis ab hoc Autore in errorem impactus est, prior quem adducebam. Neque tamen inficior, formam quadratam in pileo Clericali esse perantiquam. Argumentum ducit Caracciolus ad regulam Theatinor. parte 2. cap. 2.

§. *pileus*, ex effigie Tertulliani, quæ eum pileo quadrato opertum exhibet, cui triplex pilula seu globulus, forte ad Trinitatis adumbrationem inferitur. Idem fere pileus cernitur Romæ, in perantiqua pictura S. Sylvestri, astante Sacerdote pileato. Item quod Pierius lib. 40. cap. de pileo ait, sua ætate renovatam esse pridem antiquatum Romanorum morem, pileos è frustis confutis concinnandi Sacerdotibus, si de Romanis Christianis, & quadratorum pileorum apud eos pro Clericis usu intelligatur, belle favet antiquæ formæ hujusmodi Clericalium pileorum: quicquid sit an usus ille sub ætatem Pierii, (hoc est ante seculum) exolevisset: quod ægre admiserim; & fortassis à Pierio refertur non ad formam, sed ad materiam nostratium pileorum, ex pannis confutis concinnatorum.

Cur quadrata sit pilei forma, variæ causæ excogitari possunt. Plerique

que ad Crucis expressionem in pileo referunt : atque ita in Crucis formam Clericalem pileum efformatum volunt. Qua ratione non aliqui duntaxat Clerici essent Cruciferi , sed omnes : contra quam apud Græcos , aliqui tantum à Cruce in pileis efformata dicebantur *Cruciferi Cardinales* , ut notat Spondanus anno 1438. num. 12. Facit vero ea Crucis expressio in pileo , ne unquam excidat Christi in quatuor orbis plagas Dominatus, per Crucem comparatus , ut philosophatur S. Prosper in Opere de promiss. p. 2. cap. 10. exponens virgam nucinam Aaronis, & monstrans nucem continere septimum medianum, in formam Crucis, quod Christi crucifixi dominatum in quatuor orbis plagas belle repræsentet. Videntur sic accepisse quadratam hujus pilei formam , ut sit formæ Crucis expressio, Homobonus 1. p. tract. 3. q. 7. (referens tamen quatuor pilei angulos ad quatuor

ligna, è quibus Crucem compactam ferunt,) & Caracciolus ad regul. Theat. p. 2. cap. 2. §. *pileus*: inde admonens, & mane cum sumitur pileus, & vesperi cum deponitur figendum esse pileo osculum. Pierius ad quatuor mundi cardines, quadrangulam pilei formam refert, ut mox subjungam.

Quid si dicamus insuper, eandem esse hujus formæ quadratæ rationem, quæ quondam quadrati, quod viris aut ex muneris quod obibant debito, aut virtutis eximiæ decore perfectis, quondam supra verticem collocabatur? Hoc vero fuisse superstitum indicium, dixit Joannes Diaconus lib. 4. vitæ S. Gregorii cap. 34. ita ut ex usu pictorum illius temporis, homo cui ea tabula appingebatur; significaretur adhuc vivere, & superstes posuisse v. g. alterius monumentum. Quod Almannus differt. de parietibus Lateran. cap. 7. sexcentis prisearum  
ima-

imaginum testimoniis confirmari  
 posse scribit; etiam si perraro vita  
 quoque functis adhibitum id genus  
 ornamenti esse contigerit, more, er-  
 ga viventes servato, ad defunctum  
 quempiam, extenso, per oscitantiam  
 vel imperitiam opponentium id ge-  
 nus ornamenti. Cum autem idem  
 cap. 9. ex innumeris antiquis ima-  
 ginibus confirmet, iis tantum, qui  
 cum dignitate ac imperio essent,  
 puta Pontificibus maximis, Episco-  
 pis, nonnunquam Monachorum Præ-  
 sulibus, Imperatoribus, ac Regi-  
 bus, qui cum potestate populis præ-  
 sunt, adhibitam esse hujusmodi  
 tabulam; quid vetat arbitrari, hanc  
 fuisse veluti mortis aliquando conse-  
 cuturæ monelam, quæ postea, ut  
 fert abusus, in plerisque ad pompam  
 ex necessario usu translatis, denegre-  
 raverit in umbellam solis Principi-  
 bus adhiberi solitam? Mortis mo-  
 nelam dico, id est operculum loculi  
 condentis cadaver, qua plane ratio-  
 ne

ne efformatur illud quadratum: (sic dicatur à quatuor angulis, tametsi revera erat altera parte longius, non exquisite quadratum.) Sicut ergo triumphatori pone affidebat, qui mortis & caducitatis fortunæ submoneret, ne efferretur; ita viro Principi, aut sub potestate constituto, dum viveret, & tumoris periculum ex potestate ingrueret, videri potest esse adhibitum illud quadratum, operculi mortuarii formam referens, quod mortis commoneret. Unde non male à Ioanne Diacono dictum est *indicium superstitis*, quia defuncto supervacua foret ea monitio. Non video cur hæc conjectura debeat vana videri. Neque tamen obluclabor pertinaciter, si cui hæc sit tanquam nota præcellentia, eodem modo quo nunc umbella quadrata, confidentibus viris Principibus superponitur. Qui fortassis usus, mutato situ collocationis tabulæ, ex isto, de quo  
ago,

ago, manavit, & ad ipsam quoque divinam Majestatem inter nos exhibendam est traductus. Videmus enim super divinam Eucharistiam, cum circumgestatur, deferri umbellam, quæ vulgo dicitur *bal-dachinum*. Super eam item in altari asservatam; & subinde super altaria absque asservata inibi Eucharistia, attolli hujusmodi umbellam, & operimentum quadratum. Cujus rei luculentum exemplum recitatur in Actis S. Theoctistæ Lesbæ, cum agitur de altari in templo B. Mariæ in Insula Paro. Ex quibus colligitur, illud quod dicebam, quadratum, significasse videri viros illos esse tetragonos: qua ratione Methodius lib. de virginat. actione vitæ & consilio *ἡγεοὶ τε τετραγώνες quadratos* dixit, viros perfectæ virtutis. Nec aliter Christianum perfectum, *quadratum* esse oportere, S. Gregorius tradit homil. 21. in Ezech. Et affinia habent, Origenes, ligna

arcæ

arcæ quadrata ad Christianos sapientes accommodans, hom. 2. in Genes. & qui eum expressit S. Ambrosius lib. de Noë & Arca. cap. 6. nec non Nyssenius lib. de vita Mosis. In pictura certe Lateranensi, Constantini Magni, quatuor virtutum distincte exhibitarum tetractis, capiti ejus imminens, expressa est, jussu Leonis III. Eodem igitur, symbolice (si lubet) referatur quadratum, viris præcellentibus appictum, & consimilis sit quadratæ pilei formæ causa.

Quærit porro loco supra allegato Pierius, quorsum in quadrata hujus pilei forma, desideretur fere semper quarta \* costa. Neminem quippe fugit, hujusmodi pileum è quatuor costis assurgere, quibus Crux integra extans efformaretur, nisi quarta introrsum mersa lateret. Rationem ducit idem Autor ex significatione  
qua-

\* Hujus pilei Clericalis figuram jam dedimus pag. 295. quo Lectorem ablegamus.



quatuor mundi cardinum per costas illas : unde quarta in plicam desidit, quasi describens polum, quem *sub pedibus styx atra videt, manesque profundi*. Ut ergo significetur, nos semper cœli memores esse oportere, ejus figura quadam caput contegimus. Quamvis autem supponamus cum aliis, quadrangularem formam pilei, Crucem exhibere, dici potest Crucem non extare supra totum pileum, nisi imperfectam, ut significetur, nostrum esse adimplere quæ defunt passionum Christi, ut Paulus dixit. Esse inquam Clericorum, subjungere mortificationem suam, perfectionibus Christi, Physica vero ratio sic efformandi pileum, ut una costa subsidat, est, ut structura pilei sit firmior, nec costæ omnes concidant introrsum, & gravent caput.

Alio schemate mystico, pileum quadratum, quo in sacris duntaxat utuntur, expressere nuper Sinæ Neophyti; ut lego in annuis literis Sinen-

nensibus anni 1621 pag. 236. In quam  
 rem est recolendum, quod supra at-  
 tigi, apud Seres, sive Sinas, nefas,  
 & saltem apprime inurbanum esse,  
 capite unquam esse nudo. Is enim est  
 habitus eorum, qui ad patibulum ra-  
 piuntur. Itaque Sinæ Christiani,  
 tunc tantum capita aperiant, cum  
 de peccatis confitentur. Tunc enim,  
 ut se criminosos ac reos profitean-  
 tur, nudant capita. Cum ergo esset  
 apud eos probrosum, quod Sa-  
 cerdos sacrificans, esset aperto ca-  
 pite, institere apud Paulum V. ut  
 pateretur eos servire consuetudini,  
 nec Sacrificium dehonestari vellet  
 nudatione capitis Sacerdotis sa-  
 crificantis. Annuit Pontifex, dum-  
 modo tegmen capitis, super Sacrum  
 duntaxat & rem Divinam, usui  
 esset; & à profano discreparet.  
 Quare Neophyti novum genus pilei  
 ingeniose sunt architectati, quod  
 esset in superiori parte perfecte qua-  
 dratum, & à vertice usque ad me-  
 dium

dium uniuscujusque è quatuor ejus angulis, pendente filo pretioso tripartito ornatum: ita ut in toto tegmine, appareant duodecim partes, ad invicem sejunctæ. Ad quamlibet partem, extat porta acu facta, Phrygio opere. Sic exhibere voluerunt Hierusalem sanctam in quadrato positam, & duodecim portis insignem.

Clausulam apponam, si obiter retulero potius quam discussero solemne dubium, de laicis, ad sacra ministeria non destinatis, & ut est per se evidens, à literarum professione alienis, qui in quibusdam Clericorum Regularium cœtibus, sicut communi toga utuntur, ita & pileo. An is usus ad abusionem pertineat, jure ambigi potest, non modo quia à principio non fuit sic; sed etiam quia gestatio insignium probatæ doctrinæ, vel sacri ordinis, aut destinationis ad illum, non debet falsitate & reali mendacio laborare. Adhæc,

hæc, origo hujus usus, fuisse videtur, superbia laicorum, affectantium supra gradum suum eminere, saltem externa specie; Et accessit mollities eorum, qui hujusmodi laicorum obsequia propensiora captabant. Tandem in talium insignium doctrinæ vel ordinis gestatione, per laicos, non deest periculum implanatationis simplicium. Nihil enim proclivius est, quam ut alii laici cernentes personam pileo Sacerdotali decoratam, adeant ad eam, tanquam ad alterius conditionis personam, consilia petituri, vel etiam exquisituri suam cum Deo conciliationem per Sacramenta, ad quæ conferenda inidonei sunt Religiosi laici. Et utinam nunquam evenerit, aut nunquam eventurum jure timeri possit, ne per immanitatem sacrilegii nunquam fatis detestandam, pullus onagri in superbiam erectus, refugiens agnosci quod est, tentet ementiri quod non potest. Indignitas est,  
fal-

falcem severitatis Apostolicæ merito interpellans.

Non videntur laici Templariorum dedisse occasionem talia timendi, & tamen cum inter eos aliqui vestem albam, militum propriam, assumpsissent, sic in eos decretum est in regula Templariis à S. Bernardo conscripta cap 21. *Hoc quod erat in domo Dei, ac subrum militum templis, sine discretionem ac consilio communis Capituli, obnixè contradicimus, & funditus quasi quoddam vitium peculiare, amputare præcipimus. Habebant enim olim famuli & armigeri alba vestimenta, unde veniebant damna importabilia. Surrexerunt namque in ultramontanis partibus quidam pseudofratres & conjugati, & alii, dicentes se esse de Templo, cum sint de mundo. Hi nempe tantas contumelias, totque damna militari ordini acquisiverunt, & clientes remanentes, plurima scandala oriri inde superbiendo fecerunt. Habeant igitur assidue nigra. Sed si ta-*  
*lia*

lia non possunt invenire, habeant qualia  
 inveniri possunt in illa Provincia, in qua  
 degunt, aut quod vilius unius coloris  
 comparari potest, videlicet burella.  
 Nulli ergo concessum est, candidas  
 chlamydes deferre, aut alba pallia ha-  
 bere, nisi nominatis militibus Christi.  
 En quanto studio Templarii, ini-  
 tio probatissimi Religiosi suos laicos  
 arcuerint ab usurpatione vestis pro-  
 prie militum Templi absolute dicto-  
 rum. Affine est, quod Claudius de  
 la Sangle, Magnus Magister Or-  
 dinis S. Joannis Hierosolymitani in  
 suo Ordine cavet quoad Donatos,  
 (ut ipse loquitur,) sive Confratres,  
 vetans, ne Crucem albam quadri-  
 membrem deferrent, qua equites  
 absolute dicti utuntur; sed non nisi  
 trimembrem præferrent, dempto  
 stipite superiori, ut habetur in sta-  
 tutis Ordinis S. Joannis Hierosoly-  
 mitani tit. 2. cap. 31.

## SECTIO XV.

*De Camelaucho & cucullo Monastico.*

**I** Am supra sect. 12. attigi, quid sit *Camelauchum*, vel *Camelauchium*: (utrumque enim legitur in Glossariis.) Parvam Cassidem quæ supra capitis summitatem extendatur referre, dixit Beda lib. 3. de tabernac. cap. 8. Extendi vero etiam aliquando supra faciem, ita ut operata hujusmodi Camelauchō subduceretur prospectui aliorum, & in eum finem usurpatum esse à Monialibus, legimus in vita Mariæ, Neptis Abrahamæ, quæ est inter opera S. Ephrem. Ibi cap. 5. sic habetur: *Camelauchium quoque longum capiti suo, ut facies ejus velaretur, imposuit.* Et cap. 9. *Auferens quoque Camelauchium à capite suo.* Sicut ergo cucullis usas quoque Moniales, mox dicemus, ita usæ etiam sunt oblongis

gis hifce capitis integumentis, quæ subducerent eas confpectui externo-  
rum. Antiquos item Canonicos al-  
mutia in eundem finem adhibuiffe,  
quæ nunc Canonici feculares brachio  
inimittunt, monftrat Molanus lib. 3.  
de Canon. cap. 5.

Commune per multis Monafticis  
coetibus capitis tegmen eft cucullus;  
& quam (*cucullam* à *cucullo* fecernit  
Autor Vitæ S. Deicoli cap. 2.) tamen  
*Cucullam* æque dicere liceat, cum  
S. Hieronymo in Hilarione, de quo  
ait: *Omnes divitias fuas ei derelin-  
quens, Evangelium fcilicet, & tuni-  
cam faccineam, cucullam, & pallio-  
lum.* Mox etiam addit, juffiffe S.  
Hilarionem, fe fepeliri ficut vefti-  
tus erat, in tunica cilicina, & cucul-  
la. Item S. Paulinus carm. 13. Cy-  
therium de homine Dei Martinia-  
num naufragum excipiente;

*Donumque tunica qua Sodalem orna-  
verat.*

*Geminat cuculla munere.*



Ennodius item lib. 9. Epist. 17. cucullæ ad se transmissæ, tanquam religionem profitenti, meminit. Idem haberi in Manuscript. Cassiani libris, ait Ciacconius in Onom. *cucullæ* ergo vel *cucullus*, plerisque, ut dicebam, Monasticis cœtibus est attributus. Cucillum S. Simeonis Stylitæ, missum ab ipso ad Leonem Imperatorem, Sergius Monachus dedit S. Danieli Stylitæ. Apud Abassinos, ex folius cuculli gestatione internoscuntur Monachi, cæteroque profanissimi, ex Godino lib. 1. cap. 34. Apud S. Sidonium lib. 7. epist. 16. quæ est ad Chariobaudum Abbatem, mentio est transmissi ad eum villosi cuculli nocturnalis, quo membra confecta jejuniis, inter orandum cubandumque dignanter tegerentur. Hinc vides, vocem *cuculli* non semper sonare solum capitis tegmen, sed vestem multo diffusiolem. De qua cuculli notione apud posteriores Monachos, plene autor disquisitione-

316 ANSEL. SOLERIVS  
tionum Monasticarum lib. 5. tract.  
3. disquis. 1.

Proprie, cucullus est tegmen capitis infantilis. Itaque ut Religiosi docerentur simplicitatem & mores quasi modo genitorum infantium, inductum est in usum Monachorum, gestare cucullum. Audi Cassianum lib. de habitu Monachi cap. 4. [*Sunt quedam in ipso Aegyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia, quo simplicitatis & innocentie observantia, etiam in ipsa vestitus qualitate, teneatur. Cucullis namque perparvis, usque ad cervicis, humerorumque demissis confinia, quibus tantum capita contingant, indefinenter diebus utuntur ac noctibus: scilicet, ut innocentiam & simplicitatem parvulorum jugiter custodire, etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Qui reversi ad infantiam Christi, cunctis horis cum affectu ac virtute decantant; Domine*

*mine non est exaltatum cor meum ,  
neque elati sunt oculi mei , neque am-  
bulavi in magnis , neque in mirabi-  
libus super me. Si non humiliter sen-  
tiebam , sed exaltavi animam meam.  
Sicut ablactatus est super matre mea.]*

Eadem Nicephorus libro 9. cap.  
14. infra adducendus. Hanc ratio-  
nem attributi Monachis cuculli , S.  
Dorotheus doct. 1. num. 17. jungit  
cum alia , ex beneficiis cuculli in  
pulsionem deprompta. Sic igitur  
habet : *Gestamus & cucullum , quod  
symbolum quidem est innocentis animi ;  
puri , & vere humiliati. Pueri enim  
infantuli & innocentes cucullum ge-  
stare solent , non viri perfecti. Nos autem  
præterea illum gestamus , ut malitia si-  
mus parvuli ; ( uti ait Apostolus ; ) No-  
lite pueri esse mente , & sensu ; mali-  
tia estote parvuli. Quid vero est , par-  
vulum esse malitia ? Parvulus absque  
malitia est , etiamsi contemnatur , non  
irascitur : si honore afficitur , non in va-  
nam gloriam effertur ; si rebus suis spo-  
lietur ,*

lietur, non dolet, neque affligitur. Par-  
 valus enim est malitiâ, Non ulciscitur  
 injuriam, non gloriam affectat inane[m].  
 Est etiam cucullus, divina gratia sym-  
 botum, Quoniam quemadmodum cu-  
 cullus tegit ac fovet pueruli caput, ita  
 & Dei gratia mentem nostram tuetur  
 & fovet; ut majorum nostrorum mo-  
 nimenta testantur, Est igitur cucullus,  
 signum gratiæ Salvatoris nostri Dei,  
 mentem nostram tuentis, ac protegentis,  
 nec non simplicitatem nostram & inno-  
 centiam, quæ in Christo est, circumfo-  
 ventis, propter eos, qui nos quotidie vul-  
 nerare ac devorare conantur.

Potuit præterea in cucullo Mona-  
 chis assignando, haberi ratio vilita-  
 tis hujusmodi operimenti. Erat  
 enim cucullus tegmen capitis simul  
 & humerorum, aut etiam reliqui  
 corporis, ad genua usque proten-  
 sum, quo servi utebantur, & viles  
 personæ: Cujusmodi etiam hodie  
 sunt penulæ cucullatæ mulionum &  
 rusticorum, præsertim pastorum, ad  
 arcen-

arceados imbres & frigus repellendum excogitatae. Sic apud Columellam lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 1. legimus, usum veterum tulisse, ut familiam haberent munitam Sagis cucullatis, adversus imbres & algores. Unde Martialis lib. 10. epigr. 76. exoptulans de fortunæ iniquitate, *pullum cucullum* pro fervili habitu posuit, dicens,

*Pullo Mævius alget in cucullo ;  
Cocco mulio fulget Incitatus.*

Mævius siquidem, vir bonus & Poëta, lingua utraque disertus, cucullo mulionico præ egestate utebatur ; cum è contrario mulio, curator equi, cui nomen erat *Incitato*, splendidissime vestiebatur. Nam talis nominis equo, prius Cajus Caligula, præter cætera insani affectus argumenta, & destinatum consulatum, familiam illustrem, ac splendidam suppellectilem assignarat, ut Suetonius cap. 55. memorat. Et ad eum equum & equi-

O 4

sonem,

sonem, alludere videtur sub Domitiano, mulionem vel agasonem aliquem splendide habente, Martialis. Vel certe designat aurigam nomine *Incitatum*; ut significatur lib. II. epigr. I. Expostulans, quod is coccineis vestibibus, admodum pretiosis, uteretur; non cucullo, (sive ut Lampridius in Heliogabalo appellat *cucullione*) qui fuisset mulioni convenientior, & humilitatem personæ ac conditionem servilem redolens. Et idcirco Tacitus l. 13. Annal. Neronem veste servili ad dissimulandam personam suam, amicum describens, exhibet illum, noctu percurrentem lupanaria, atropallio, cum cucullione adopertum. Quod aliter dixit Juvenalis Sat. 8. Neronem fugillans sub Damasippi nomine.

--- Quo si nocturnus adulter,  
Tempora Santonico velas adoperta  
cucullo.

Incommode igitur Suetonius in Nerone cap. 26. has ipsas nocturnas Neronis discursationes describens, pileo & galero contextum proponit. Sed confirmat quod dixi, capitulinus in Vero. Nam de similibus ejus discursationibus ait. *Intantum, vitiorum Cajanorum, & Neronianarum fuisse emulum, ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite, cucullione vulgari viatorio* Id quod æque de spurcissimo Elagabalo, aut ut vulgus vocat Heliogabalo, notat Lampridius, dicens sic discursasse tectum cucullione mulionico, ne agnosceretur. Quem porro *cucullum Santonicum* vocabat, Juvenalis, *bardocucullum* à Matriale dictum lego lib. 14. epigr. 117. alias 138. quod sic habet.

*Gallia Santonico vestit te bardocucullo,  
Cercopithecorum pænula nuper erat.*

Libro 1. Epigr. 46. alias 54. vocat *lingonicum*, à regione æque Gallicana,

licana, Lingonum. Componens enim versus suos cum versibus Fidentini, ait non minus internoscenda esse sua carmina à Fidentino sublecta, ab iis quæ ipsemet confecisset, & suis admiscuisset, quam internoscitur crassus & barbarus Lingonum bardocucullus, Tyriantina purpuræ admistus. Is est sensus illorum versusuum.

*Sic interpositus villo contaminat uncto  
Urbica Lingonicus Tyriantina bardocucullus.*

Juvenalis Satyra 7. *Cadurcum* dixit, utique ab alia Galliæ Regione, in qua etiam in usu erat. Est ergo *bardocucullus*, idem quod *cucullus* crassus, & rupicibus ac petronibus, (qui fere sunt crassi ingenio & bardî,) accommodatus. Unde à Martiali, opponitur *urbicis*, id est Romanis purpuris, perelegantibus ac pretiosis. Cæterum *bardocucullus*, non sicut *cucullus* tegebat caput duntaxat,



xat, sed penulæ attexebatur, ulterius tegenti corpus: juxta illud de hoc ipso indumento apud eundem lib. I. epigr. 93.

*Cerea si pendet lumbis & trita lacer-  
nerna;*

*Dimidiaque nates, Gallica palla  
tegit.*

Quæ est bardocuculli Gallicani periphrasis. Fuit qui ad epigramma I 17. libri 14. jam allegatum, scriberet, bardocucillum esse pallium vaticum, attexto cucullo: à βάρδοι quod Gallorum lingua *viam* sonat apud Hesychium, inemendatum. Nam sana lectio βάρδοι ἀσιδοὶ παρὰ Γαλάταις. Hoc est *Bardi vates* apud Gallos, de quibus ex vetere Glossario Heraldus ad lib. 4. Martialis epigr. 4. & memorantur etiam à Lucano lib. I. illis carminibus.

*Vos quoque qui fortes animas, bello-  
que peremptas,*

*Laudibus in longum vates dimittitis  
ævum.*

*Plurima securi fudistis carmina:  
Bardi.*

Alii à Bardaicis sive Bardæis militibus, quibus ea crassa cum penula & suo cucullione usui erat, derivant hanc vocem: ut propterea *bardaicus cucullus*, aliquando dicta legatur, ut apud Capitolinum in *Perinace*. Ut ut sit, constat ex dictis, bardocucillum & cucillum, fuisse humile & crassum vestis genus, accommodatum vilibus personis, ac servis privatorum vilioribus, ut Lipsius animadvertit. lib. I. elect. cap. 25. Videndus item Petrus Faber 2. semestr. cap. 20.

Ob hanc igitur causam, haud abs re, cucullus Religiosis Monachis attributus est, ut significaretur humilitas status eorum, & conditio servilis. Non dico Religiosum, respectu superioris, quem super caput suum

suum habet impositum, annumerandum esse servis : quod recte differentur Suares Tract. 7. de Relig. lib. 6. cap. 2. num 18. & Basilius Poncius quod lib. 3. Scholast. cap. 5. & qui contrarium existimantes, dominatum exercent in sacris coetibus, Tyranni audiunt, Judice Joanne Sarisberienfi in Polycr. lib. 8. cap. 37. Hoc igitur non assero. Sed tantum contendo, Religiosos, respectu Dei, servire gloriosam servitutem, & humilem subjectionem profiteri : ac idcirco merito præferre servilem habitum. Et quia nemo potest duobus Dominis servire, ac qui se Deo in servum addicit ; mundum & quæ mundi sunt, calcare ac despuere tenetur, propterea S. Germanus in rerum Ecclesiastic. Theoria, declarans mysteria habitus Monastici, ait cucullum significare, impleri à Monacho quod dixit Apostolus, *mibi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Tantum de fine attributi Monachis cuculli. Materia, tametsi ubique vilis, tamen variis locis ac temporibus varia fuit. Lineam insinuant illa S. Hieronymi ad Heliod. *Caput opertum linteis, galeam non recusat.* Icones Monachorum Manasterii Susa Constantinopoli, talia linea amicula capitibus præferunt. Clare idem habet Nicephorus lib. 9. cap. 14. agens de Tabennesiotis. Iisdem tamen laneum cucullum assignat Sozomenus lib. 3. cap. 13. ubi præfatus, monachos Tabennesiotas sub S. Pachomio aliud indumentorum genus assumpsisse, quam quo uterentur reliqui Ægyptii Monachi, nempe quoad totam complexionem indumentorum, numerat cucullum inter eorum vestes. *Caput (inquit,) integumento quod cucullum appellare solent, operiebant; quo ostenderent, se vitam perinde simplicem ac sinceram degere, atque pueros lacte nutritos, quorum caput quod in membris,*

bris obtinet principatum, ejusmodi tiaris obvolvitur, uti tum tegatur ab aestu & frigore, tum undique foveatur, Et mox: Si quis cum ipsis habitare cuperet; ut primo omnium ad triennium gravioribus laboribus exerceretur; & ita eorum convictus particeps fieret, mandavit: Et ut vestiretur pellicibus, & caput tiaris laneis tegeret: Has autem tiaras, tanquam punctis purpureis notari jussit. Cujusmodi essent hæ purpureæ notæ, sic exponit Palladius cap. 38. Lausi agens de Pachomio Monachos suos informante. Fecit eis cucullas molles, tanquam pueris, in quibus etiam jussit imponi figuram Crucis purpureæ. Quas laneas tiaras dixerat Sozomenus, Paladius molles nominat, quales esse puerorum solent hoc est laneas. Ex qua etiam materia, Sidonius, Charriabauda Abbati cucullum, his verbis transmittit lib. 7. Epist. 16. Per libertos tuos nocturnalem cucullum, quo membra confecta jejunii inter orandum cuban-

*cupandumque dignanter tegeres, trans-*  
*missi, Quamquam non oportune, species*  
*villosa mittatur hyeme finita. Speciem*  
*villosam, atque adeo non lineam,*  
*sed laneam, cucullo hyemali confi-*  
*ciendo adhibuerat Sidonius. Sicut*  
*etiam S. Benedictus cap. 55. reg-*  
*alias 62. indicit, cucullam in hyeme*  
*villosam, in aestate puram, aut vetu-*  
*stam. S. Danielis Stylitæ cucullum,*  
 ex pelle fuisse confectum narrant  
 ejus acta. Vix autem arbitror hunc  
 fuisse illum S. Simionis Stylitæ cu-  
 cullum, quem ab eo transmissum ad  
 Leonem Imperatorem Sergius illius  
 Discipulus non valens ad Leonem  
 penetrare, tradidit S. Danieli, cui  
 fuit pretiosissimus. Ac proinde vix  
 eo usus passim esset S. Daniel. Non  
 plura de cuculli materia.

Formam cuculli antiqui petere  
 licet ex illis Nicephori verbis l. 9.  
 cap. 14. *Capitis vero tegmen acumi-*  
*natum, ut simplices sint, & injurias*  
*non vindicent, puraque & innocenter,*  
 vi-

vivant, lactentium puerorum instar; quorum capita ejusmodi lineis mitris operiri solent, quæ partem, rationis principatum imperiumque obtinentem tegunt atque fovent. Expende voces illas mitra, & tegmen acuminatum. Eua-  
grius 1. histor. cap. 13. tiaram vocat. Ex quo patet, fuisse <sup>99</sup>vocidū. Et vero cucullus proprie dicitur de papyraceis illis involucris forma pyramidali quibus pigmentarii & propolæ aromatum obvolvunt suas merces, juxta illud Martialis ad suum libellum lib 3. epigr. 2.

*Festina tibi vindicem parare :  
Ne nigram cito raptus in culinam,  
Cordyllas madido tegas papyro ;  
Vel thuris, piperisve sis cucullus.*

Ubi Raderus, cum Scaligero ad Catullum, Scombrorum laxas tunicas è chartis subsannantem, cucillum dici notat, chartam sic involutam ut conum inversum exprimat. Talis ergo erat forma cuculli. Ejus longitu-

gitudinem jam exhibui ex Cassia-  
 no, qui eum ait, ad cervicis tantum  
 & humerorum confinia, fuisse de-  
 missum. Posterioribus tamen plerif-  
 que Monachis fuit protensior. In  
 sancti namque Benedicti Anianensis  
 vita, sic lego: *Monachos in habitu*  
*dissimiles, fecerat multorum consuetu-*  
*do. Siquidem nonnullis usque ad talos*  
*cuculle pendebant. Quamobrem Vir*  
*Dei, uniformen cunctis tenendum Mo-*  
*nachis instituit modum; ut non amplius*  
*à duobus cubitis excederet mensura vel*  
*usque ad genna peringere posset. Ea*  
 mensura duorum cubitorum in cu-  
 cullo probata est in Additione I. ad  
 Capitularia Regum Franco. cap. 21.  
 Antiquum cucullum profanum, a-  
 pud Gallos, dimidias tegentem  
 nates, jam supra ex Martiale re-  
 tuli.


De protensione ac forma cucul-  
 li Franciscanorum, acris & longa  
 jampridem est contentio. Verum est,  
 initio S. Franciscum aliquando in-  
 ces-




cessisse ritu Pastoralis, aperto capite,  
 capillis promissis, & diffluentibus;  
 & verum item est, Minoritas e-  
 dem Pastoralis modo incessisse usque  
 ad S. Bonaventuram, qui Nar-  
 tone in Comitibus Generalibus anno  
 1260. caputium tunicæ adjecit, ut  
 habet Volaterr. lib. 21. Anthropol.  
 & Galefinius in vita S. Bonaventu-  
 ræ, cap. 9. Ita igitur fere vestiebantur  
 Minores, initio, ex usu S. Fran-  
 cisci: tamen & ipse S. Franciscus,  
 & plane primi Fratres, usurparunt  
 aliquando cucullum; de quo (ut di-  
 cebam,) est contentio: quibusdam  
 affirmantibus formam cuculli à San-  
 cto Francisco usurpati, fuisse \* py-  
 ramidalem. Ita late Zacharias Bo-  
 verius Tract. de habitu Minorum,  
 qui adjunctus est Tomo 1. Annalium  
 Cap-

\* Labet hic annexere ex eodem Boverio capita  
 duo pyramidalia, quorum alterum S. Francisci est,  
 asservaturque Romæ in Ecclesia S. Marcelli, alterum  
 B. Rezzini, acumen utriusque & figura nihil prorsus  
 à Cappucinatorum Caputiis, prout hodie à toto ordine cir-  
 cumferuntur, discrepat.

*Caputium S. Francisci, quod Romæ in  
Ecclesia S. Marcelli asseruatur.*



*Caputium B. Ruffini, quod in Ecclesia  
S. Clare Assisy asseruatur.*



Cappucinatorum. In quam rem profert multas antiquas picturas, & imagines musivo opere expressas; in Basilica Lateranensi, & S. Mariæ majoris, & alibi. Profert præterea oculatos testes ipsiusmet vestis S. Francisci, qui pyramidale ei vesti fuisse caputium testentur. Quæ narratio non est obnoxia cavillo, quo aliqui eum cucillum longiorem referunt ad laxatam per Fratrem Eliam, superstitite S. Francisco disciplinam, & immutatum præscriptum à viro Sancto habitum; ut ex Mariano habet Wadinghus anno 1208. n. 6. Et præmiserat num. 5. visum abs se Assisii, in æde Clarissarum, & alium esse in monte Alverniæ, ac etiam Florentiæ, ipsiusmet S. Francisci habitum, cujus caputium esset quadrata prope forma, tantisper acuminatum. In qua etiam sententia de vera forma Caputii Franciscani, est Frater Arturus à Monasterio, Autor Martyrologii Franciscani ad 3. Augusti. tractans

tractans à §. 10. de caputio pyramidalis, assumpto à B. Matthæo Bascio. Fortassis non improbabiler quis dixerit, S. Franciscum, bardocucillum pastoritium & rusticanum ad sui contemptionem usurpasse, cui esset capitis tegmen acuminatum; eoque vestis genere ab initio conversionis assumpto, semper deinceps usum esse: sed interdum pro offerentium liberalitate, magis vel minus acuminatum & oblongum caputium habuisse: unde ea varietas extare potuit, quæ in antiquis picturis, ipsisque etiam Sancti viri vestimentis, ad hæc usque tempora asservatis, notatur. Sane F. Bonaventura Columbi, in Apologia Seraphica cap. 10. ex antiquis picturis & vestibus huc usque asservatis, contendit, verum sancti Francisci caputium, ex quo is Religionem suam fundavit, fuisse rotundum, quale nunc habent conventuales. Quod non videtur posse aliter extricari,

ri, quam eo modo quem attingi.

Non videtur quoque posse aliter expediri, quod apud Cardinalem Vitriacum habetur in historia cap. 32. Is in perillustri elogio quod contextit Ordini Minorum, hæc de illis verba habet. *Non utuntur pellibus, neque lineis; sed tantummodo tunicis lanceis capputiatis, non cappis, vel palliis, vel cucullis.* Et poterat hic autor certa scribere, cum testetur se vidisse S. Franciscum; cum Ordine jam constituto, Ægyptum petiit, Evangelii disseminandi gratia. Quomodo ergo de S. Francisci cucullo litigatur, cum oculatus hic testis, neget suo tempore Minores, atque adeo ipsum S. Franciscum, habuisse cucullum? Sensus Vitriaci est, non habuisse Minores cucullum; per se, (ut sic dicam,) coherentem, & à veste exemptilem, cujusmodi est cucullus Monasticus in plerisque coetibus, & in plerisque familiis S. Francisci. Habuisse tamen cucul-

cucullum affutum \* togæ, quem vocat *caputium*. Id quippe aperte admittit Vitriacus, eo ipso quod admittit tunicas Minorum sui temporis fuisse caputiatas. Contrariam late contendit F. Bonaventura Columbi in Apologia Seraphica, contra asserentes S. Franciscum fuisse aliquando Augustinianum, cap. 9. affirmans, omnia quæ proferuntur pro cucullo affuto togæ, spectare ad primum statum S. Francisci, cum vixit more Eremitarum secularium. Ex quo autem Ordinem suum instituit, habuisse caputium à toga sejunctum, quod probat ex verbis regulæ Seraphicæ, & ex nonnullis locis Chronicorum, ac ex antiquis statuis. Verum pleræque antiquæ statuæ & picturæ, aperte exhibent S. Franciscum, vel primos illos Minoritas, cum cucullis affutis, ut videre est in ea imagine S. Francisci, quam Joachimus Abbas spiritu Pro-

phe-

\* Talis habitus B. Francisci conspicitur Tisis, apud Patres Conventuales in Sacristia oclusus, in quo pyramidale caputium Tunica adfutum est in hunc modum.

*Habitus S. Francisci Pisis asseruatus.*



P

phetico confici curavit, servaturque Venetiis, in templo S. Marci. Idem cernitur Assisii, in imagine Fr. Eliæ ad pedes Crucifixi. Et de plerisque ipsius S. Francisci antiquis iconibus, id ipsum admittit idem F. Columbi. Testimonium quoque probatum ex Cardinale Vitriaco, qui S. Franciscum in Ægypto satis diu post constitutum Ordinem vidit, suffragatur cucullo consuto: ut proinde S. Franciscus, etiam jam Religiosus, videri possit in hoc fuisse varius: vel aliquos Minoritas, quos ex imagines exhibeant, vel qui eas ad suum sensum aut gustum effici curaverint, jam ab initio à cæteris in hoc puncto discrepasse. Sicut negari non potest, deflexisse aliquanto post à prisca forma habitus Minorum, & ipsius S. Francisci Minores illos, quos Alvarus Pelagius, & ipse Minorita ac summi Pontificis Joannis XXI I. Pœnitentiarius l. 2. de planctu Eccl. c. 76. refert & expostulat, caputia habuisse usque  
ad



ad nates protensa; & in ea visos existimatione esse, ut qui longius & diffusius caputiatus esset, Sanctior & religiosior haberetur, persuasione sane vana & insulsa. An vero omnes quoque Religiosæ propagines Ordinis S. Francisci, quæ nunc in Christi vinea feliciter sobolescunt, desciverint à vera forma cuculli & habitus S. Francisci, quod affirmat F. Arturus supra n. 17. pronuncient alii.

Satis de Religiosorum cucullo, & de Caputio quod revolvitur in cucullum assutum togæ, vel unius cum ea texturæ. Nunc addendum est, Moniales quoque, jam olim, ob easdem causas quibus Religiosi, usas esse cucullis. Ita enim habetur ex S. Athanasio libro de Virginitate, & ex Palladio in Lausiac. cap. 41. cum agit de Anonyma Virgine, quam S. Pitirum divino monitu sibi prælatam agnovit. Etiam inter Moschos, Moniales cucullam induunt, ut scribit Sigismundus. Neque id

absolute carpit S. Hieronymus Epistola 22. *sub medium*, damnans in quibusdam Sanctimonialibus fabricam cucullorum; idque annumerans iis, quæ mox vocat argumenta Diaboli; ineptiis inquam, variarum muliercularum, speciem pietatis habentium, virtutem autem ejus abnegantium. Hieronymi verba sunt, ad Eustochium: *Sed ne hoc ipsum tibi jactantiam generet, quod seculi jactantiam contempsisti: ne cogitatio tacita subrepat, ut quia in auratis vestibus placere desisti, placere coneris in sordidus: & si quando in conventum fratrum veneris, vel sororum, humilis sedens, scabello te causeris indignam: vocem ex industria, quasi confectam jejunii, non tennes: & deficientis imitata gressum, humeris ne imitaris alterius. Sunt quippe nonnulla, exterminantes facies suas, ut appareant hominibus jejunantes: qua statim, ut aliquem viderint, ingemiscunt, demittunt supercilium, & operta facie, vix unum oculum*  
libe-

liberant ad videndum. Vestis pulla, cingulum sacrum, & sordidis manibus, pedibusque: venter solus, quia videri non potest, aestuat cibo. His quotidie psalmus ille canitur; Dominus dissipabit ossa hominum sibi placentium. Alia virili habitu, veste mutata, erubescunt esse quod nata sunt, crinem amputant, & impudenter erigunt facies Eunuquinas. Sunt quæ ciliciis vestiuntur, & cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones. En quo loco habere videatur S. Hieronymus Sanctimonialium cucullos; ut illis utentes, jungat illis aliis adeo turpiter impingentibus. Sed dicendum est, S. Hieronymum ibi carpere duntaxat ostentationem fictæ sanctimonix, & hypocrisis, ex qua nonnullæ Sanctimoniales, vel certe Agapetæ, eo tempore, non ex communi alicujus cœnobii lege, sed ex privato studio, vanitatis & singularitatis, assumebant cucullos. Qua ratione alia nonnulla, cum in

viris, tum in fœminis reprehendit  
ibi S. Hieronymus, quæ pie obiri  
posse, non est dubium, ut nudipe-  
dem in patientia frigoris esse, hir-  
cinam barbam atque promissam præ-  
ferre, & nigro amiciri pallio; ca-  
tenis ad carnis macerationem assum-  
ptis gravari, crinem amputare vir-  
gines sacras, & nonnulla alia. Hæc  
tametsi per se pura & sancta, idcir-  
co tamen ibi à S. Hieronymo fugil-  
lantur, quia ex vanitate fiebant,  
atque adeo favillacea Pentapoleos  
poma referebant, quæ oculis tenuis  
poma, cinerescebant contacta, Ter-  
tulliano teste cap. 40. Apolog. Cæ-  
teroque pleraque ex eis, pure & re-  
ligiose obita, alibi effuse celebran-  
tur ab ipsomet S. Hieronymo.

## SECTIO XVI.


*De Galero Pontificia benedictione Sacro.*

**H**ic, nudum sectionis numerum consignasse contentus, transilio, Nam de hujusmodi sacro galero quæ hîc brevius alias ac pressius dixeram, seponere visum est, eo quod iusta tractatione postea sim executus illustrationem sacri illius ritus, eo opere, cui titulus est, *Splendorum nascentis Christi emblematica insignia; Galerus Sole ac columba inextis, cum appositio gladio, Pontificia benedictione consecratus, in nocte Natalis Domini.* Ne ergo in Tractatione de Sacris tegminibus capitis, hunc galerum præteriisse videremur, retinere nudum numerum capitum placuit, Tractatione in illud alterum opus dimissa.

## SECTIO XVII.

*De Sudario capita Mortuorum  
operiente.*

**P**ercurrimus tegmina capitis quorumcunque mortalium superstium. Nunc priusquam excedamus, attingenda sunt tegmina capitis mortuorum. Est enim eorum mentio Joan. II. & 20. Cum enim narratur resurrectio Lazari è sepulchro prodeantis, dicitur *fuisse ligatus manus & pedes istis, & faciem ejus sudario fuisse ligatam.* Item cum narratur Apostolorum adventus ad monumentum Christi, nominatim annotatur, *sudarium, quod fuerat super tumulati caput, reperitum esse, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.* Quo utroque loco, linteum operimentum capitis hominis demortui, appellatur *Sudarium.* Itaque frustra Soprani, tractatu de re vestia-





IESVS voce magna vocat, qui fuerat mortuus,  
ligatus pedes et manus ligatu. Ioan. ii.



IESVS voce magna clamavit, Lazare veni foras, et statim prodyt, qui fuerat mortuus,  
 ligatus pedes et manus insillis, & facies eius sudario erat ligata. Ioh. ii.







vestiaria Judæorum disp. 2. c. 1. §. 3. exoptulat, Sudarium, capitis tegminibus esse annumeratum à Sanctio in cap. 19. Actor. num. 5. Id enim ille de mortuorum capitibus vere pronuntiavit.

Non assero omne Sudarium, fuisse ad usum mortuorum. Cum enim vox ipsa *Sudarii*, usum ejus ad tergendum sudorem aliosque superfluos humores naribus, oculis, ore effluentes præferat, nec is usus in defunctis habeat locum; liquet, vocem *Sudarii* latius patere, quam ut ad mortuos restringi possit. Sicque videmus Actor. 19. memorari Pauli viventis sudaria ab ejus corpore delata, quibus mira edebantur. Et idcirco S. Proclus orat. 19. (quæ est Pauli encomium,) ait Pauli Epistolæ fuisse *salutis retia*; linguam, *Crucifixi tubam*; plagas, *universi orbis medelam*; Sudaria, *falces morborum*. Nec dissimiliter S. Nilus in Ascetico, præfert Regum diadematis hæc

sudaria, quod diademata nunquam  
 expulerint mortem, sicut fecerunt  
 sudaria Apostolorum. Præterea Lu-  
 cæ 19. servus piger & incurius, re-  
 fert Domino suo mnam, quam ait se  
 habuisse in sudario repositam. Sue-  
 tonius in Nerone, ait eum plerum-  
 que, ligato circa collum sudario  
 prodiisse. Juxta Nonnum in para-  
 phrasi capituli undecimi ac vigesimi  
 Joannis, vox *Sudarii* est Syrorum  
 popularis, ad significandum cingu-  
 lum capitis, Ζωστῆρα κεφαλῆς. Et à  
 Theophylacto Actor. 19. Inde fecer-  
 nitur sudarium à semicinctio, quod  
 sudarium capiti imponatur; semi-  
 cinctium vero manu teneatur ab iis,  
 qui *oraria* gestare non possunt: sicut  
 sunt qui Consulares gestant stolas,  
 sive *Gubia*. Ubi vox Græca ἀράβια  
 sonat sudarium à semicinctio distin-  
 ctum, & semicinctium tamen & su-  
 darium Suidas φακρόλιον esse dicit.  
 Italice *faccioleto*. Verisimilius tamen  
 est, semicinctium idipsum fuisse,  
 quod

quod Plautus *cincticulum* seu *cinctulum* appellat, vulgo *gremiale* aut *ventrale*, vel *Epigonatium*; cujus ad fasciæ modum præcincti, & per limbum manu prehensi, atque sursum absque solutione elati, usus operariis plerunque fit, ad humores detergendos. Diligenter de his Grammaticis minutalibus Lorinus, & alii Interpretes Actor. 19. v. 12. & Vincentius Ricardus ad orat. 19. S. Procli; ad Jacobus Chiffletius de Linteis Christi sepulchralibus cap. 5. observans Catullum *Setaba sudaria* celebrasse, à Setabi oppido Hispaniæ; cui olim in Europa, lini palma dabatur. In Sacris, *manipulum* pro *sudario* accipi multorum testimoniis firmat Steph. Durantus lib. 2. de ritib. c. 9. n. 16.

Non pertinent porro ad præsens institutum, pleraque sacra Sudaria, quæ memorantur in hac significatione; pro linteolo nimirum faciei extergendæ accommodato, *Strophionium* passim appellant. Arnobius l. 2.

à mucii deterfione vocat *mucinium* ;  
 unde Gallica vox *mouchoir* ; ficut  
 Italica *Fazzoletto*, a faciei deterfione.  
 Ejuſmodi eſt ſudarium Edeſſenum,  
 quod Abagaro Toparchæ à Chriſto  
 ipſo ſubmiſſum, impreſſa ſuæ faciei  
 effigie, produnt Damafcenus 4. fid.  
 cap. 17. & Evagrius lib. 4. cap. 27.  
 Eſtque etiam ejuſdem ſudarii men-  
 tio in ſecunda Nicæna Synodo, actio-  
 5. Plura de eo inter tractandum ano-  
 malias ſacrarum imaginum, cum de  
 imaginibus non manufactis. Affine  
 eſt, ſudarium Veronicæ, Romæ, in  
 ſancti Petri Eccleſia aſſervatum.  
 Piam hanc Matronam, Chriſto in  
 Calvariam tendenti, & undecun-  
 que ſudore diffluente, lineum ca-  
 pitis ſui peplum, ad extergendam  
 faciem porrexiſſe, & in eo imagi-  
 nem faciei Dominicæ fuiſſe exquiſi-  
 te expreſſam, ſcribit Adricomius in  
 deſcriptione urbis Ieruſalem num.  
 44. & omnino multi quos notavit  
 Malonius ad cap. I. Palæoti de S. Sin-  
 done

done num. 12. Scripsit tamen S. Brigitta lib. 4. cap. 81. ex Christi ipsius revelatione, hunc sudorem exisse de Christi facie, *propter qualitatem rogantis Christum, ad consolationem futurorum*: quasi Veronica, ad solamen posterorum, sudarium porrexit ea mente, ut Christus effigiem suam imprimeret illi linteo, etiamsi non egeret extersione, neque sudor extergendus ex divina ejus facie efflueret; quod ægre admittendum video, etiamsi ex abundanti, ea posterorum consolatio, proposita Christo videri possit.

Negabam hæc sudaria ad præsens negotium spectare: tum quia non fuere mortuorum, tum quia non fuere tegmina capitis simpliciter dicti, sed duntaxat faciei, quam operiebant, admota ad extergendum sudorem vel lavationem adhibitam. Et idem dico de sudario quo obtectum Neronem prodiisse Roma, quatuor duntaxat comitantibus, scribit Suetonius,


tonius, quod nuperus Scriptor de sudario mortuali accipit : quasi Nero habens se pro conclamato, tegmen mortuarium assumpserit. Qua ratione dicendum esset, eum reliquam quoque vestium quibus defunctorum corpora amiciebantur, varietatem assumpfisse, quod liquet esse commentitium. Prodiit ergo cum sudario, non ut mortuus, sed ut lateret, & fuga non præpediretur. Atque ita illud sudarium est extraneum ab hac disputatione. Idem dico de sudario, quo dato S. Salvinus incendium Ambianense restinxit. Jacebat in lecto vir sanctus febribus æstuans, & injectis per Satanam flammis urbs pene tota conflagrabat; accurrentibus autem civibus & adversus tantam calamitatem præsidium exposcentibus, tribuit vir sanctus sudarium suum, jubens ignibus objici: ad cujus objectum, illico flamma resedit. Neque de hoc sudario, (quippe minime mortuali) agimus.

Nobis




Nobis hic vox *sudarii* usurpatur prout in re funebri habuit locum, ut notatum est ex Joannis II. ac 20. Ex eo autem cap. 20. manifestum est, sudarium à sindone corpus totum contegente aut obvolvente, esse secernendum. Nam seorsum linteamina exhibita sunt, & seorsim sudarium, quod fuerat super caput. Mira de isto refert Beda lib. de locis Sanctis cap. 5. ex relatione Arnulfi Episcopi. Inventum enim ætate Bedæ, & jussu Regis Saracenorum igne probatum, mansit illæsum; & eum cui hæreditate obtigerat, ditavit affatim. E contrario autem qui ejus possessionem præ aliis bonus neglexerat, ad extremam est redactus inopiam. Hoc sudarium, quod super Christi in sepulchro jacentis caput est positum, M. Attilus Serranus in Syllabo reliquiarum, quem adjunxit tractatui de 7. urbis Ecclesiis, ait asservari in Basilica Lateranensi. Verum cum Beda loco  
alle-

allegato addat , hoc sudarium habuisse longitudinis pedes octo , verisimile admodum est , visum nonnullis hoc capitis Christi involu-  
 crum illud ipsum esse , quod Vefontione apud Sequanos magna cum veneratione asservatur. Est enim ejus longitudo octo pedum. Taurinense autem sudarium ( quod Alfonsus Palæotus cap. I. de Sacra Sindone vult esse hoc sudarium capitis Christi in sepulchro jacentis, ) est longum pedes duodecim. Ac proinde sudarium Taurinense , aliud est à sudario quod fuerat super caput Domini ; cujus longitudo à Beda assignata , quadrat exquisite in sudarium Vefontionense , ut Chiffletius supra cap. 8. plenius confirmat ; sumens tamen sudarium capitis , pro linteo alteram tantum cadaveris partem à capite ad pedes usque contingente ; & superinducto toti antico corpori , sed tæniis ad collum religato. Quod autem institis supra hoc  
 fuda-




Corn. Galle fecit.


Acceperunt corporeis cum  
aromatibus, si Joan. 19.



Corn. Galle sculpsit.

Acciperunt corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum  
aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Joan. 19.





fudarium circumvolutis à collo ad imas usque calces, sola hujus fudarii pars faciem operiens & caput obtegens extaret, dici potuit fudarium obvolvens caput, & fudarium faciei resupinæ jacentis Christi. Circa quem tamen nihil in hac re factum est singulare, cum Joannes cap. 19. diserte notarit, Sanctos pollinctores *accepisse corpus Christi è Cruce depositum, & ligasse illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.* Itaque communi more quo cæteri apud Judæos, involutum est sanctum Christi corpus demortuum, quamvis in sindonis munditia, & fudarii pretiositate, potuerit esse differentia, sicut erat magna differentia in quantitate & pretio aromatum, pro varietate personarum, condiendis corporibus adhibitorum.

Hoc fudarium faciem ligans & super demortui caput positum, non est cogitandum ejusdem fuisse formæ

mæ cuius velum illud breve, quod ex more morientium ( ut loquitur S. Gregorius homil. 37. in Euang. ) S. Cassius Narniensis dedit assistentibus, ut sibi contra faciem tenderetur. Quali etiam velo Monachus Engolismensis, describens funus Caroli Magni, ait faciem ejus operatam fuisse sub Diademate. Et Græci ut est in Euchologio, Sacerdotis mortui faciem velant breviori illo velamine, quo panem & vinum ad futurum sacrificium contegi ex usu erat. Erit qui eodem referat operimentum madefactum expansum ab Hazaële super faciem Benadad Regis Syriæ, de quo 4. Reg. 8. v. 15. Quanquam id operimentum, & ut vulgatus vertit *stragulum*, villosum pannum, superstiti injectum est, non demortuo. Quod autem faciei mortuorum superjiciebatur panniculus, erat ad faciem duntaxat operiendam, ne vel tetro objectu, vel incondito motu, spectantes offenderet,



ret, ad quod fat erat æquans faciem latitudo. At sudarium obvolvens defunctorum capita, erat multo amplius atque proluxius, iisque affine oblongis linteis quibus pœnitentium sodalium, cum apud nos linteati incedunt, operiri capita undecunque, & ad pectus usque protendi, ex usu est: nisi quod in istis, Sudarium hujuscemodi sacco lineo, reliquum corpus operienti assuitur, quod in Hebraico mortuorum sudario non habebat locum; unde sudarium quod Christi demortui sacerum caput obvolverat, à reliquis linteaminibus separatim involutum, ab Apostolis est repertum. Et, de hujusmodi sudario accipiendum esset, (si veritate niteretur,) quod Gregorius Papa apud Bedam in Opere retractationum in Acta Apostolorum, ad cap. 19. interrogatus à quodam Britanno, quid esset semicinctium, dixit, fuisse sudarium genus tegminis quo caput ab Hebræis operiebatur, quod

quod restringendum est ad capita mortuorum : Nam vivorum capitibus, tegmen illud non adhibebatur. Fuit Gregorius ille tunc Archidiaconus ; postea superstite Beda, Romanus Pontifex, Gregorius II. potius quam Gregor. III. ad cuius initium pertigisse Bedam centenario majorem, existimat Card. Baronius anno 732. Dixi ergo, responsum Gregorii, postea Papæ, circa semicinctii notionem, à sudario non discrepantem, si placeat eam admittere, accipiendam esse de sudario, quale proposui : quamvis revera non putem admittendam talem semicinctii notionem ; cum semicinctium esset viventium operimentum, nec cingeret undecunque caput, ut ipse vocis cortex præfert : sudarium autem capiti tegendo in mortuis addictum, obvolveret illud omni ex parte.

## SECTIO XVIII.

*De Tegmine capitis Sanctorum.*

**N**ON agitur de operimento, quo Sancti in cœlo capita contigent. Nam in cœlo, beatos neque Sol per diem uret, neque Luna per noctem. Itaque non egebunt umbella, aut tutela capitis. Quinimo sub pennis illucentis sibi Solis justitiæ, erit sanitas, ut Malachias affirmavit. Multo sane liquidius esse debet, quod Sancti sint futuri in cœlis nudo capite, cum cætero corpore futuri sint nudi, ut recte statuit Lessius lib. 3. de summo bono n. 63. & Antonius Ludovicus l. de pudore *sub finem*. Nam si Adam & Eva in statu innocentie nudi erant, & non erubescabant, quanto magis non erubescant beati in statu gloriæ, etiam si investes plane sint, ac nudi prorsus? In ipsis Angelis quos corporea specie exhibemus, Scripturæ  
& Pa-

& Patres, analogiam aliquam vestimentorum nostratium agnoscunt, & ut illis appingantur permittunt: videmus tamen semper pingi ac describi intactos capite, nec vel S. Dionysium, vel Tractatores Symbolicæ Theologiæ, inter alia corporea Symbola, quæ Angelis appingunt, recensere unquam pileos, aut galeos, vel simile quodpiam capitis tegmen. Itaque non est, ut dixi, hoc loco quæstio de cœlesti tegmine capitis Sanctorum. Nec est item quæstio, de tegmine capitis, quod Sancti dum hic superessent, adhibuerunt. Usi enim sunt integumentis capitis, receptis in oris quas incolebant. Et si alicubi non erat usus tegendi capita, nudis erant capitibus, quod de Christo Domino pro more Judæorum inter quos vivebat, receptum passim videtur.

Quod ergo hic exponendum suscipimus, spectat ad tegmina quæ passim videmus apponi capitibus Sancto.

Sanctorum in picturis ac statuis. Passim quippe exhibentur capitibus umbella radiante opertis, & veluti scuto fulgente contectis. Esseque hoc tegmen Sanctis peculiare usus docet. Nam quod Alemannus in dissertatione de Lateranensibus parietinis cap. 9. negat eam esse sanctitatis notam, difficile suadetur. Et quod unum opponit, de imaginibus Constantini & Salomonis; quorum neuter est probatæ in Romana Ecclesia sanctitatis; facile enodatur. Nam Constantinum, Græci passim, & Latinorum plerique habent pro Sancto. Salomonem quoque S. Ambrosius diserte *Sanctum* nominat, cui omnino multi, ejus pœnitentiam habentes ratam, sunt astipulati. Itaque ex ea sententia potuit orbiculatum diadema appingi Romæ Constantino, iis locis quos notavit autor Operis de Sanctitate Illyriana; cum de Constantini rebus differit. Et ex eodem sensu, Ro-

mæ in Sacello S. Sylvestri, ad ædem SS. quatuor Coronatorum, potuit Salomon eo orbiculato diademate insignis exhiberi, tanquam Sanctus, in eorum qui sic exhibebant sententia.

De hoc ergo capitibus Sanctorum rectorio, Josephus Scaliger in *Catalecta Virgilii pag. mihi 475.* approbante Henrico Salmuthio in notis ad Panciroli vetera deperdita cap. de *fibula*, existimavit, aliud non esse, quam *πυρίον*, sive umbellam lunatam, capitibus statuarum impositam apud Ethnicos, ne avium stercorebus inquinarentur. Quod damnum sibi ab albis corvorum stercorebus, imprecabatur Horatianus Priapus. Adducit in eam rem Scaliger, locum Aristophanis in *Avibus*, ubi Scholiastes ita expressit hanc vocem; tametsi quod notavit Henricus Stephanus in Thesauro V. *πυρίον*, apud Aristotelem, Polybium, Hesychium, & alios, vox illa non

non sonet quod ex Aristophane præ-  
 misimus. Hunc usum brevi umbella  
 contegendi statuarum capita, à sta-  
 tuis extantibus, ad imagines, picto-  
 rum errore & Catholicorum (scili-  
 cet,) ruditate, transisse, pronun-  
 ciant prædicti sectarii, sugillantes  
 Ecclesiam, quæ tanquam honoris  
 causa approbet, vel sinat apponi su-  
 per Sanctorum capita, quod à Gen-  
 tilibus inductum primo est, ad aver-  
 tendam idolorum suorum inquinan-  
 tionem, per avium stercorea.

Negari non potest, quin aliquando  
 Patres Ethnicis exprobraverint eam  
 simulachrorum foedationem per a-  
 vium stercorea. Lactantius 2. instit.  
 cap. 4. aves, quas Ethnici terrore  
 falcis, alteriusve Priapo adjuncti  
 abigi existimarent, simulachro illi  
 fabrefacto, ac cæteris insidere,  
 & ibi nidificare, sordesque egere-  
 re, subsannans dixit. Arnobius item  
 lib. 6. *Non videtis sub istorum simula-  
 chrorum casis, stelliones, sorices, mures,*

Q

blat-

blattasque lucifugas nidamenta ponere,  
 atque habitare? spurcicias huc omnes,  
 atque alia usibus accommodata condu-  
 cere, semirofi duritias panis, famis ossa  
 in spem tracta; pannos, lanuginem,  
 chartulas, nidulorum in mollitiem scili-  
 cet, & miserorum fomenta pullorum?  
 Non in ore aliquando simulachri ab  
 araneis ordiri retia, atque insidiosos  
 casses, quibus volatus innectere stridu-  
 larum possint, impudentiumque musca-  
 rum? Non hirundines denique intra  
 ipsos adium circumvolantes tholos, ja-  
 cularier stercoreis plenas; & modo ipsos  
 vultus, modo numinum ora depingere,  
 barbam, oculos, nasos, aliasque omnes  
 partes, in quascunque se detulerit deone-  
 rati proluvies podicis? Erubescite ergo  
 vel sero, atque ab animantibus mutis,  
 vias rationis accipite: doceantque vos  
 eadem nihil nminis inesse simulachris,  
 in quæ obscæna dejicere neque metuunt,  
 neque vitant; leges suas sequentia &  
 instincta veritate natura. Eo igitur  
 spectasse vult Scaliger, operculum  
 illud



illud capitum statuis appositum, ut arceretur inquinatio ab avibus: & inde manasse ad Christianos abusio- nem similis tegminis, capitibus San- ctorum, non expressis tantum, sed etiam pictis apponendi.

Hoc stercoreum spurciloquium, procul amandandum est. Neque enim vel Ethnici tegmen statuis im- posuere ad abigenda ab avibus con- spurcamenta; vel ullus Catholico- rum cogitavit unquam, de hac ca- pitis Sanctorum tutela, ad arcendas sordes ab avibus prætervolantibus, aut infidentibus. De Ethnicis res est perspicua, quia si id intendissent, oportuisset eos non summo duntaxat vertici tegmen adhibere, arcens avi- cularum fœculentias, sed etiam toti faciei, ac reliquo corpori inducere aliquid aptum tegendo simulachro, quod undecumque conspurcari con- tingebat, ut modo ex Arnobio au- divimus. Deinde ut notavit S. Isi- dorus lib. 19. Orig. cap. 31. Eth-  
Q 2
nici,

364 ANSEL. SOLERTVS  
nici circellum illum dixere *nimbus*.  
Id quod etiam habet Servius ad illud  
tertii Æneidos,

*Et Lunam in nimbo nox intempesta te-  
nebat.*

Idem habet ad librum 2. ejusdem  
operis, ubi de Pallade Tritonia, quæ  
summas arces jam infederat, nimbo  
effulgens, & Gorgone sæva. Specta-  
bant ergo in eo circello adhibendo  
Ethnici expressionem nimbi efful-  
gentis, ut ætherium & cœleste quip-  
piam insinuarent; non autem ut  
spurcitiâs à simulachris prohiberent.  
Quomodo vero umbella superponi  
potuit aut debuit, ad avertendas for-  
des à capite statuæ, in illo idolo quod  
S. Augustinus tract. 7. in Euang.  
Joannis ait fuisse pileatum? Ido-  
lum quippe fuisse constat, quia ha-  
bebat Sacerdotem; & ita recte a-  
gnoscent ad eum locum Lovanienses:  
qui quod *paleatum* putant legen-  
dum, id est è paleis contectum, vel  
paleis

palæis opertum, non consonat cum  
 vetustis Codicibus: ut nec lectio  
 ingesta ab aliquibus, qui volunt  
 legi, *palatum* id est *cælum*, ex usu  
 quorundam Latinorum, de quo D.  
 Augustinus 7. Civit. cap. 8. ita ut  
 sensus sit, Sacerdotem *Palati*, id est  
 Dei coelestis Afrorum, seducere sim-  
 plices; fingendo, bene Deo suo cum  
 Christo convenire. Qua ratione,  
 idolum de quo D. Augustinus age-  
 bat, non fuisset pileatum. Sed, ut  
 dixi, ea lectio dissonat omnibus  
 antiquis Codicibus, qui constanter  
 legunt *pileatus*, vel per librarii er-  
 rorem *pilleatus*. Capiti itaque Idoli  
 pileati, non timebatur conspurcatio  
 per aves; ac proinde non eguisset  
 ad eum finem umbellâ Scaligeri,  
 sed aliquis alius erat usus operculi,  
 statuis Numinum apud Ethnicos ap-  
 positi. Liquida vero præsertim est  
 inanitas Scaligeriani commenti, in  
 imaginibus non extantibus sive emi-  
 nentibus, cujusmodi sunt imagi-

nes pictæ, quibus ridicule appone-  
retur hujusmodi aliquod capitis teg-  
men. Accedit quod in templis rite  
oferatis, non plus timendum fuis-  
set capitibus idolorum, à stercori-  
bus avium, quam nunc timeamus  
operculis capitis nostrarum statua-  
rum Sacrarum; quæ opercula, quis  
unquam questus est conspurcari ab  
avibus?

Quod ergo natavit Lazius lib. 9.  
commentar. Reipub. Rom. cap. 19.  
apponebant Ethnici statuarum capi-  
tibus circulum, specie dimidiæ  
sphæræ, tanquam coronam. Sic enim  
in hanc rem philosophatur, descri-  
bens varias formas statuarum, *Cum  
abenea Sphæra statuæ; ut hodie simu-  
lachra Sanctorum exprimuntur; su-  
pra quorum capita circulus semisphæ-  
ram referens necebat, quod & ipsum  
erat coronationis statuarum genus, à  
Christianis postmodum receptum, &  
simulachris, quæ Martyribus & San-  
ctis Dei, ob merita in religionem po-  
neban-*

*nebantur, impositum.* Meminit Marcellinus lib. 17. de obelisco è Thebis Romam perlato à Constantino, sic locutus. *Per arduum inane protentus: diuque pensilis, hominibus militibus multis tanquam molendarias rotantibus metas, cauea locatur in media; eique Sphaera superponitur aenea, aureis laminis nitens; qua confestim vi ignis divini contacta, ideoque sublata facis imitamentum in figura ereum itidem in auro imbracteatum, veluti abundantanti flamma candentis.* Idem lib. 25. sub finem. *Antiochiam venimus, ubi per continuos dies veluti offenso Numine, multa visebantur & dira, quorum eventus fore ludificos, gnari rerum prodigialium precinebant. Nam & Maximiani statua Caesaris, locata in vestibulo Regia, amisit repente spheram aeneam, formatam in speciem Solis, quam gestabat.* Ad hujusmodi coronas, sive Solares quibus majores nostri Sanctos Dei expresserunt, alludit etiam Velleius Paterculus, his verbis

de Octavio Cæsare scribens : *Cui adventanti Romam , immanis amicorum occurrit frequentia. Et cum intraret urbem , Solis orbisque super caput ejus curvatus equaliter circumdatusque in colorem arcus , velut coronam tanti mox viri capiti imponens , conspectus est. Et sic patet causa , ( concludit Lazius , ) quamobrem in hodiernum diem Sanctorum imagines cum tali semicirculo & pinguntur & sculpsuntur.*

Prædictum ergo morem Ethnicorum , pie æmulatam esse Ecclesiam , Sanctorum capitibus radios aut coronas superponentem , censet Lazius. Neque enim refugit Ecclesia , sicubi deprehendit inter sordes Ethnicismi aliquid honestum & utile , exprimere illud imitatione , vel potius ab iniquis possessoribus repetere ea , quibus illi abutebantur ; & in usum pium convertere , quod multis exemplis illustrat Baronius ad annum Christi 44. *sub finem* , & Martinus à Roa , l. de die Natali cap. 1.

Teguntur itaque Sanctorum capita tectorio referente coronam gloriæ, qua potiuntur. Si enim reducibus è navigatione, imponebatur *corona salutis*, de qua Paschalius lib. 2. de coron. cap. 9. *sub finem*; quanto justius coronantur Sancti, tot perfuncti periculis in hujus vitæ mari? Plane hæc est *corona felicitatis*, de qua idem lib. 7. cap. 7. & *corona gloriæ*, ac *diadema speciei* apud Isaiam: nec non corona Cruci olim circumpingi solita, ex S. Paulino epist. 12. ad quem locum multa & bene Rosvedius. Significabat autem ea Crucem cingens corona posteriores glorias, ad quas per Crucem pertingitur. Et quia umbella capitis Sanctorum, cœlestem Coronam significat, idcirco ea Corona passim appingitur radiata, ut insinuetur gloriæ splendor, quo Sancti potiuntur ex Dei visione, & perventione ad optatam requiem, post labores. Sicut enim plerisque Sanctorum, jam ex hac

Q5

vita,

vita, dum in tantis tenebris reptarent, facies radiavit, perspicuo argumento splendoris interni, ut variis exemplis declarat Bosius lib. 15. de signis cap. 5. estque manifestum de Moyse, cujus facies cornuta, id est radians visa est, ex consortio & familiaritate cum Deo: Ita iisdem Sanctis, in plena jam luce constitutis, merito appingitur ea gloriæ emphasis, quæ capitibus coronatis & radiatis continetur. Et vero fuisse Deitatis tesseram quandam, radiare tempora, & coronam habere radiatam, de Ethnicorum etiam sententia, tradit Daufqueius ad lib. 3. Siliii Italici ad illum versum;

*Siderei juxta radiabant tempora nati.*

Ubi observat, Domitianum affectatorem Deitatis, capite radiato, (quod Deorum insigne erat,) pingi ac effingi amasse, ut ex antiquis nummis docet. Eiusdem vanitatis, Persarum Reges infimulat Petrus Chrysolomus



fologus serm. 20. tractans dictum  
 Apostoli Rom. 12. *Nolite configura-  
 ri huic seculo.* Ait enim, vetari  
 præter cætera ab Apostolo, *ne simus  
 ut Persarum Reges, qui subjecta nunc  
 pedibus suis sphaera, ut polum se calcare  
 per vices mentiantur, nunc radiato ca-  
 pite, ne sint homines, Solis resident in fi-  
 gura; nunc impositis sibi cornibus, quasi  
 viros se esse doleant effœminantur in  
 Lunam; nunc varias velut Syderum  
 sumunt formas, ut hominis perdant fi-  
 guram; & nihil supernæ claritatis ac-  
 quirant.* Vallaris item corona erat  
 radiata, ut ex Livio lib. 10. & 30.  
 habetur. Quare corona radiata per-  
 belle quadrat in Sanctos, vallum  
 mortalitatis magno impetu ac vio-  
 lentia transgressos.

Cæterum minus apte Troilus Mal-  
 vetius lib. de S S. Canonizatione  
 dub. 1. num. 19. & 20. distinguit  
 inter *radios & coronam*: sive (ut vo-  
 cat) *diadema*: affirmans, radios ap-  
 pingi beatis, iis scilicet, quorum

æterna felicitas nondum est Ecclesiastica vindicatione plane comperta : Coronam vero tribui Sanctis , id est iis, qui donati sunt canonismo. Quam minus congruam beatorum & Sanctorum distinctionem, nullo usu probatam , cumulat idem author grammaticali ineptitudine , qua eam Sanctorum Coronam , *diadema* dici supponens , addit, nomen esse ductum à *dia* , quod est *duo* , & *demo* : quia caret perfecta rotunditate , ob dimidietatem circuli adeptam. Has notationis insulsæ gerras , Grammaticis converrendas & eventilandas permitto.

Maluere alii umbellam, capitibus Sanctorum superpositam , interpretari scutum, seu clypeum. Quo pertinere potest, quod Paulinus , describens extrema S. Ambrosii tempora , cum dictante S. Antistite , Paulinus ipse exciperet , ultimam, ideoque incompletam lucubrationem ejus in psalmum 43. *Subito in modum*

*modum scuti brevis, ignis caput ejus  
cooperuit; atque paulatim per os ipsius,  
tanquam in domum habitator ingressus  
est, & facta est facies ejus velut nix:  
postea vero reversus est vultus ad spe-  
ciem suam.* Symbola hæc erant San-  
ctimonix B. Ambrosii, & afflatus Spi-  
ritus Sancti. Dimissis vero cæteris,  
insistamus scuto, quod capiti ho-  
minis Dei visum est incubare. Ne-  
que abs re Sanctorum capitibus  
impositus clypeus dicitur, quia  
Sancti Dei protectione Divina fru-  
untur: unde cantant gratulabun-  
di, *Domine ut scuto bonæ voluntatis  
tue coronasti nos.* Verba sunt Gu-  
lielmi Durandi de hac Sanctorum  
umbrella differentis, lib. I. ration.  
cap. 3. n. 20. Idemque habet S. Tho-  
mas; nisi quod scutum denique re-  
ducit ad coronam, distinguitque  
de scuto. Tractans enim illud Psal-  
mi quinti, *Domine ut scuto bonæ  
voluntatis tue coronasti nos,* cum  
præmisisset, bonam Dei voluntatem  
esse

esse velut scutum contra omnia mala, addit : *Vel est hic, ut scutum protegens, in patria vero ut scutum coronans. Consuetudo namque fuit Romanis antiquitus, uti scutis rotundis; & in illis habebant spem victoriae; & quando triumphabant illomet scuto, utebantur ut corona. Et inde Sancti pinguntur cum scuto rotundo in capite, quia de hostibus adepti triumphum, scutum rotundum, ad instar Romanorum, gerunt in capite pro corona. Dicit ergo; scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos; quasi dicat, pro scuto coronationis nostræ, habemus bonam voluntatem tuam, qua nos hic defendit & ibi coronat.* Subscribit ad eundem Psalmi 5. versiculum Aygua-nus, & Molanus lib. 4. de imag. cap. 26.

Scriptor per omnia eruditus, Laurentius Pignorius in tabulæ Isiacæ expositione, (pag. mihi 23.) hodiernum diadematis nomen, penes solum Deum & Sanctos locum habe-

re demonstrans; quorsum beatis cœlestibus appingatur, rationem reddit, ex usu antiquo orbem capiti circumscribendi, venerationis ac majestatis indicem. Observasse namque se ait, Imperatoribus quos supra mortalitatem elatos statuebant, Provinciis item ac urbibus primariis, & Deorum animalibus circumpositum hujusmodi orbem. Domitiani radiatum caput Plinius in Trajani Panegyrico subsannat. Erat autem id Statii pro Domitiano votum. Sic enim accipit Bernartius illud ex r. Thebaidos.

*Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum.*

*Imprimat.*

Adulatur enim Papinius Domitiano, cui ex infano veterum usu, Principum statuīs apponendi quæ sunt signa Deorum propria, arcum radiantem, id est coronam radiantem, apprecatur, qualis Augusto apposita est, ut nummi plerique docent.



cent. Suetonius item in Augusto his  
 verbis suffragatur. *Sequenti nocte,  
 statim videre visus est filium, mor-  
 tali specie ampliorem, cum fulmine  
 ac sceptro, exuvisque Iovis Opt. Ma-  
 ximi, ac radiata corona.* Antonini  
 & Constantii numismata quæ exhi-  
 bet Pignorius, tali circulo circun-



378 ANSEL. SOLERIUS  
 data capita præferunt. Justiniani &  
 Theodoræ Augustæ imagines, Ra-  
 vennæ in æde S. Vitalis, hodieque  
 musivo opere residuæ, eodem circulo  
 ambiuntur capita. In notitiâ utrius-  
 que Imperii, & in tabula itineraria  
 per M. Vellerum edita, visuntur Pro-  
 vinciarum & urbium imagines, sic  
 diademata. Eademque specie exhi-  
 betur pavo, quem Æternitas ma-  
 nu gestat, in antiquo nummo Fau-



stine Augustæ. Ægyptii eum or-  
 bem summo capiti simulachrorum  
 suorum circumdabant. Ab illis id  
 mu-



mutuatos Romanos, & habita decoris ratione variasse, quod capiti cui Divinum quid inesse putabant, eo situ corona aptaretur, conjectat Pignorius; addens eum ornatum insequentium Principum moderatione, tacitoque omnium consensu, Deo & sanctis ejusin totum cessisse, retento antiquo *diadematis* nomine. Absunt ista à stercoreis Scaligeri sectarii, de Sanctorum umbella cogitationibus, quam longissime.

I N D E X  
A U T H O R U M,  
Qui in hoc opere laudantur, vel  
emendantur.

A.

<b>A</b> Belardus ( Petrus. )	155
Abbas Panormitanus.	285
Acron.	30
Adricomius.	348
Ælianus.	282
Agathias.	191
Albanus ( Hieronymus ) 270.281	286
Alciatus.	44
Alcuinus.	36
Alemannus ( Nicolaus. ) 181.302.359	
Alexander ( Neapolitanus. ) 185.187.	
191. 299.	
Alexander P P. III.	147
Allatus ( Leo. )	78
Alliaco ( Petrus de. )	278
S. Ambrosius. 1.2.5. 6.56. 60.66.88.	
90.91.105.113.115.123.138.139.	
145. 146. 153. 154. 289. 306.	
Amnianus Marcellinus.	164. 367
Ana-	

# A U T H O R U M.

<i>Anastafius Bibliothecarius.</i>	40. 178.
	269.
<i>Ancharanus.</i>	231
<i>Annellus Persicus.</i>	38
<i>S. Antoninus</i>	278
<i>Antonius Iulianus Rhetor.</i>	33
<i>Appianus.</i>	237. 250. 254
<i>Apuleius.</i>	52. 86. 148. 151. 177. 248
<i>Aristophanes.</i>	185. 204. 360
<i>Arnobius.</i>	121. 140. 149. 347. 361
<i>Arrianus.</i>	185. 299
<i>Artemidorus.</i>	3
<i>Arturus à Monasterio.</i>	333. 339
<i>S. Asterius.</i>	165. 169
<i>S. Athanasius.</i>	130
<i>Athenens.</i>	8. 120. 164. 167. 247. 248.
	299.
<i>Antonius Augustinus.</i>	23
<i>S. Augustinus.</i>	35. 64. 67. 97. 124. 142.
	147. 153. 192. 228. 229. 242. 261.
	272. 297. 364. 365.
<i>Avienus (Rufus.)</i>	49
<i>Aufonius.</i>	274
<i>Ayguanus.</i>	374
<i>Azer.</i>	28
	Bago-

I N D E X

B.

<b>B</b> Agotius (Joannes)	211.
Baiffius (Lazarus)	59. 189.
Baldus.	231. 285.
Balsamon.	279. 291.
Barbatius.	285.
Barbosa.	298.
Baronius. 78. 114. 134.	291. 292.
356. 368.	
Barrensis (Renatus)	209.
Barros (Joannes de)	174.
Bartolus.	209.
S. Basilius.	75. 123.
Beda. 113. 269. 313. 351. 355.	
Bellarminus.	17. 18.
Bellonus (Petrus.)	288.
S. Benedictus.	328.
S. Bernardus. 164. 287. 311.	
Bernartius (Joannes.) 109. 290. 375.	
Beroaldus (Philippus.)	149.
Bertachinus. 206. & seqq.	216.
Bion.	205.
S. Brigitta	349.
Bisciola (Lælius.)	9. 276.
Bodinus (Joannes.)	217.
Boëthius	

# A U T H O R U M.

<i>Boëthius</i> (Hector.)	287.
<i>Bosius</i> (Thomas.)	370.
<i>Boverius</i> (Zacharias.)	331.
<i>Brassicanus.</i>	32
<i>Brissoni.</i>	31. 104. 107. 120 191
<i>Brodens.</i>	25. 166. 228.
<i>Budens</i> (Guillelmus.)	191. 213.
<i>Bulengerus</i> (Julius Cæsar.)	190.
<i>Bulialdus</i> (Israël)	216.
C.	
<b>C</b> <i>Ajetanus</i> Cardinalis.	233.
<i>Canisius.</i> (Henricus.)	46.
<i>Capella</i> (Martianus.)	277.
<i>Caper.</i>	140.
<i>Capitolinus.</i>	324
<i>Carpathius</i> (Philo.)	118.
<i>Carracciolus.</i>	298. 299. 302.
<i>Casalius.</i>	194.
<i>Cassianus.</i>	45. 114. 115. 119 315. 316.
<i>Cassiodorus</i> (M. Aurelius.)	214.
<i>Castro</i> (Paulus de.)	285.
<i>Catena</i> (Hieronimus.)	284.
<i>Catullus.</i>	104. 166. 349.
<i>Cedrenus.</i>	181. 270.
<i>Cenedus.</i>	286.
	Ce-

I N D E X

<i>Cepola.</i>	287
<i>Chifletius</i> (Jacobus.)	347. 352
<i>Chrysologus</i> (S. Petrus.)	371
<i>S. Chrysostomus</i>	40. 48. 72. 262
<i>Ciacconius.</i>	278. 281
<i>Cicero.</i> 9. 10. 20. 120. 151. 161. 162.	
254.	
<i>Clemens Alexandrinus.</i> 6. 86. 97. 98	
<i>Codex Theodosianus.</i>	274
<i>Codinus.</i> 172. 180. 181. 196. 197.	
& seqq.	292
<i>Cælius Rhodiginus.</i>	3. 107
<i>Columbi</i> (Bonaventura.)	334. 336
<i>Columella.</i>	319
<i>Concilium Gangrense.</i>	72. 275
— <i>Nicenum.</i>	136
— <i>Aurelianense.</i>	ibid.
— <i>Carthaginense.</i>	123
— <i>Agathense.</i>	122
— <i>Cesarangustanum.</i>	122
— <i>Triburiense.</i>	137
<i>Corserus</i> (Antonius.)	286
<i>Cresolius.</i>	13. 204
<i>Cujacius.</i>	275
<i>Cyropalates.</i>	181. 184
<i>Cyr-</i>	

# A U T H O R U M.

<i>Curtili</i> ( Bonus de. )	231
<i>Curtius.</i>	189. 190. 191. 299
<i>S. Cyprianus.</i>	30. 37. 64
<i>S. Cyrillus Hierofolymitanus.</i>	85. 263
D.	
<b>S. D</b> <i>Amascenus.</i>	348
<i>Dausqueius.</i>	120. 370
<i>Delrio.</i>	10. 58. 82. 119
<i>Demosthenes.</i>	167
<i>Diodorus Siculus.</i>	120. 169. 192. 230
<i>Dio Pruseus.</i>	48. 79. 187. 188
<i>Dio Chrysostronus.</i>	191
<i>Donellus.</i>	213
<i>S. Dorotheus.</i>	152. 280. 317
<i>Durandus</i> ( Guillelmus. )	65. 67. 322
<i>Durantius</i> ( Jacobus. )	221
<i>Durantus</i> ( Stephanus. )	347
<i>Dionysius Halicarnassens.</i>	23. 163.
	235. 247. 251. 253. 298.
E.	
<b>E</b> <i>Nnodius.</i>	315
<i>S. Ephrem.</i>	145. 313
<i>Epiphanius.</i>	34. 145. 263
<i>Erasmus</i> ( Desiderius. )	211. 256. 272
<i>Estius.</i>	101
R	
	Eu-

I N D E X

<i>Euagrius.</i>	329. 348
<i>Engubinus.</i>	291
<i>Eunapius.</i>	205
<i>Eusebius.</i>	23
<i>Eustathius.</i>	3. 4. 119
<i>Eustrathius.</i>	213

F.

<b>F</b> <i>Aber</i> (Petrus.)	54. 106. 210. 324
<i>Fabius.</i>	11
<i>Facundus</i> Hermianenf.	278
<i>Fasti Siculi.</i>	181
<i>Felinus.</i>	231. 286
<i>Ferrarius</i> (Octavius.)	157
<i>Festus.</i>	21. 30. 91. 105. 236. 247. 248 250 251. 253. 273.
<i>Feuardentius.</i>	63
<i>Flaccus</i> (Albinus.)	61
<i>Fortunatus.</i>	119
<i>Fulgentius.</i>	7. 26. 240
<i>Fumus.</i>	233. 234

G.

<b>G</b> <i>Alesimius.</i>	331
<i>Gavantus.</i>	38
<i>Gelasius</i> P P.	135. 136. 146
<i>Gellius.</i>	221. 236. 237
	Geor-



# A U T H O R U M.

<i>Georgius Alexandrinus.</i>	105
<i>S. Germanus.</i>	325
<i>S. Giergovitz.</i>	31
<i>Godelmannus.</i>	207
<i>Godinus (Nicolaus.)</i>	171. 315
<i>Goltzius.</i>	170. 185
<i>Gratianus.</i>	60 68
<i>S. Gregorius PP.</i>	123. 137. 228
	273. 305. 354.
<i>S. Gregorius Nazianzenus.</i>	145. 203
	230.
<i>S. Gregorius Nyffenus.</i>	13 116. 230
<i>Gregorius (Petrus) Tolofanus.</i>	293
<i>Gregorius Turonensis.</i>	21. 134. 275
	276.
<i>Gretserus.</i>	172. 180. 198. 291
<i>Gvainerius (Antonius.)</i>	57
<i>Gualterus.</i>	121
<i>Gyraldus (Lylius.)</i>	26. 42. 239. 240
	H.
<b>H</b> <i>Aestenus (Benedictus.)</i>	132
	316.
<i>Henriques.</i>	38
<i>Heraldus.</i>	222. 323
<i>Herbestenius (Sigismundus.)</i>	172
	R 2
	He-

I N D E X

<i>Herodianus.</i>	184.
<i>Herodotus.</i>	14. 22. 192.
<i>Hesychius.</i>	323.
<i>S. Hieronymus.</i>	18. 88. 104. 105.
	113. 115. 117. 118. 129. 123. 141.
	147. 165. 170. 255. 314. 326. 340.
<i>Hildebertus.</i>	39. 40.
<i>Hippocrates.</i>	10.
<i>Homerus.</i>	32.
<i>Homobonus.</i>	30
<i>Homodeis (Signorellus de.)</i>	225
<i>Horatius.</i>	III. 121. 161
<i>Hotomannus.</i>	150. 212. 213
<i>Hugbaldus Elnonenfis.</i>	126
<i>Hugo de S. Caro.</i>	271
I.	
<i>Jacobus Cardinal. Papiensis.</i>	268
<i>Iamblichus.</i>	205
<i>Iansenius (Cornelius) Episc. Gandavensis.</i>	77. 263. 265
<i>Iason.</i>	286
<i>Innocentius. P P. I.</i>	141
<i>Interpres Invenalis.</i>	105
<i>Ioannes Andreas.</i>	183
<i>Ioannes Diaconus.</i>	302. 304
<i>Ioannes Grammaticus.</i>	3
	<i>Ioan-</i>

AUTHORUM.

<i>Ioannes Sarisberienfis.</i>	320
<i>Tornandes.</i>	181. 296
<i>Iosephus.</i>	256. 257. 260. 265. 268
<i>Iovius.</i>	8. 56
<i>Isaac.</i>	35
<i>S. Isidorus Pelusiota.</i>	4. 110. 112.
	120. 249. 275. 291. 363
<i>Iulianus Imperator.</i>	54. 213
<i>Iunius (Hadrianus.)</i>	8. 50. 59. 120.
	166. 168. 198. 208. 298.
<i>Ivo Carnotensis.</i>	64. 69.
<i>Iustinus Historicus.</i>	79
<i>Iuvenalis.</i>	51. 161. 177. 194. 205.
	220. 241. 272. 320 322
K.	
<b>K</b> <i>Ircherus (Athanasius.)</i>	226
<i>Kirchmannus.</i>	19
L.	
<b>L</b> <i>Aetantius.</i>	4. 11. 361
<i>Laingaus.</i>	208
<i>Lambinus.</i>	121
<i>Lampridius.</i>	56 58. 320. 321
<i>Landmeter (Laurentius.)</i>	101. 276
<i>Laymannus.</i>	38
<i>Lazius.</i>	366. 368
R	3
	Lema

# I N D E X

<i>Lemnius.</i>	58
<i>Lenaudiere</i> (Petrus.)	225. 231. 234
<i>S. Leo.</i>	142
<i>Leonides.</i>	228
<i>Léssius</i> (Leonardus.)	357
<i>Lippomannus.</i>	83. 116
<i>Lipsius</i> (Justus.)	19. 157. 160. 324
<i>Lroius.</i>	20. 28. 161. 217. 254
<i>Logotheta</i> (Georgius.)	280
<i>Lorinus.</i>	347
<i>Lucanus.</i>	104. 323
<i>Lucianus.</i>	22. 120. 170. 189. 205. 242. 290.
<i>Lucretius.</i>	28
<i>Ludovicus</i> (Antonius.)	357
<i>Luitprandus</i> Cremonensis.	117. 118
<i>Lyrannus</i> (Nicolaus.)	108. 261
M.	
<b>S. M</b> <i>Acarinus.</i>	81
<b>M</b> <i>Macrobius.</i>	29. 42
<i>Magius.</i>	164
<i>Maldonatus.</i>	263
<i>Malonius.</i>	348
<i>Malvetius</i> (Troilus.)	371
<i>Mandosius</i> (Quintilianus.)	209. 234
<i>Manfredus.</i>	270
<i>Ma-</i>	

# A U T H O R U M.

<i>Manilius.</i>	228
<i>Marianus.</i>	114. 256
<i>Marsilius</i> (Hippolitus de.)	286
<i>Martialis.</i>	19. 37. 39. 49. 51. III. 163. 164. 170. 177. 193. 194. 222. 273. 319. 321. 323.
<i>Martinius</i> (Martinus.)	172
<i>Martinus</i> Laudunensis.	28
<i>Martinus</i> Polonus.	277
<i>S. Maximus.</i>	165. 169
<i>Mazaronius</i> (Antonius.)	268
<i>Menardus</i> (Franciscus.)	37. 224
<i>Metaphrastes.</i>	125
<i>Methodius.</i>	305
<i>Meursius</i> (Joannes.)	113
<i>Middendorpius</i> (Jacobus.)	205. 206
<i>Minutius Felix.</i>	26
<i>Mizaldus</i> (Antonius.)	57
<i>Molanus.</i>	276. 314. 374
<i>Monodus</i> (Petrus.)	124
N.	
<b>N</b> <i>Annius</i> (Petrus.)	241
<i>Nicephorus</i> Calixtus.	61. 66
<i>Nicephorus</i> Gregoras.	197. 280. 317. 326. 328.
<i>Nicetas</i> Choniates.	196. 280
R 4	Ni-

I N D E X

*Nicolaus. P P. I.* 92  
*S. Nilus.* 345  
*Nomius.* 113. 148. 220

O.

**O** *Nuphrinus Panvinius.* 78. 107. 293  
*Optatus Milevitanus.* 143. 148  
 151. 152. 153

*Origenes.* 305  
*Orosius.* 219  
*Ostorius.* 174  
*Ovidius.* 107. 109. 110 148. 162

P.

**P** *Acatus.* 247  
*Palaottus (Alphonfus.)* 283. 348  
 352

*Palladius.* 127. 128. 216. 252. 275.  
 327. 339

*Pamelius.* 40. 63. 69

*Pancirolus.* 21. 191. 217. 219. 226.  
 272. 298. 299

*Paschalius (Carolus.)* 106. 169. 187.

191. 193. 200. 264. 268. 390.  
 293. 369

*Paschasius (Stephanus.)* 224

*S. Paulinus.* 75. 115. 314. 369. 372

Pe-

# A U T H O R U M.

<i>Pelagius</i> (Alvarus.)	128. 338
<i>Penna</i> (Lucas de.)	211
<i>Pennottus.</i>	276
<i>Persius.</i>	19. 273
<i>Petrarcha.</i>	224. 230
<i>Petronius.</i>	163
<i>Petrus</i> Blesensis.	287. 294
<i>Phavorinus.</i>	113
<i>Philo</i> Judæus.	80. 194. 268
<i>Philosiratus.</i>	177. 194. 204
<i>Photius.</i>	203
<i>Pierius</i> Valerianus.	23. 164. 170. 219.
	221. 239. 300. 301.
<i>Pignorius</i> (Laurentius.)	240 374
<i>Pineda.</i>	77
<i>Pisanus.</i>	78
<i>Pithœus.</i>	21. 44
<i>Placiades</i> (Fulgent.)	7
<i>Platina.</i>	277. 281. 293
<i>Plato.</i>	7. 10. 33. 76. 120. 216
<i>Plautus.</i>	29. 32. 163. 220. 347
<i>Plinius.</i>	22. 87. 104. 161. 215. 256.
	282. 283. 375.
<i>Plutarchus.</i>	26. 44. 86. 87. 160 167.
	177. 189. 192. 219. 237. 285. 299

# I N D E X

<i>Pollux</i> (Julius.)	116. 167. 191. 192
<i>Polonus</i> (Martinus.)	277
<i>Polybius.</i>	283
<i>Polydorus</i> Virgilius.	14. 166
<i>Poncius</i> (Basilus.)	325
<i>Prado</i> (Hieronymus.)	82. 107
<i>S. Proclus.</i>	345
<i>Procopius.</i>	284
<i>Propertius.</i>	29
<i>S. Prosper.</i>	67. 38
<i>Prudentius.</i>	138. 264

Q	<i>Vintilianus.</i>	104
---	---------------------	-----

R	<i>Abanus.</i>	64
---	----------------	----

<i>Raderus.</i>	133. 329
<i>Rangolinus</i> (Claudius.)	9
<i>Raynaudus</i> (Theophilus.)	13. 54. 75.
	141. 242.

<i>Rebuffus</i> (Petrus.)	205
---------------------------	-----

<i>Regius</i> (Carolus.)	211
--------------------------	-----

<i>Remondus</i> (Florimundus.)	71. 174
--------------------------------	---------

<i>Rhenanus</i> (Beatus.)	168
---------------------------	-----

<i>Ribera.</i>	255. 257
----------------	----------

<i>Ricardus</i> (Vincentius.)	347
-------------------------------	-----

*Rigal*



# A U T H O R U M.

<i>Rigaltius</i> (Nicolaus.)	87
<i>Riolanus.</i>	13
<i>Roa</i> (Martinus à.)	83. 368
<i>Rosveidus</i> (Heribertus.)	78. 270.
	276. 369.
<i>Rubenius</i> (Philippus.)	245. 246
<i>Rupertus.</i>	35. 142
S.	
<b>S</b> <i>A</i> (Emanuel.)	17. 234
<i>Sabellicus.</i>	281
<i>Sada</i> (Octavianus.)	23
<i>Salazar.</i>	82
<i>Salmasius</i> (Claudius.)	276
<i>Salmuth</i> (Henricus.)	213. 360
<i>Salvianns.</i>	62. 165
<i>Sallustius.</i>	44
<i>Salicetus.</i>	285
<i>Sancius.</i>	14. 92. 345
<i>Sandens</i> (Maximilianus.)	206. 222
<i>Sangle</i> (Claudius de la)	312
<i>Sansovinus.</i>	174
<i>Saussayus</i> (Andreas.)	80
<i>Scapius.</i>	285
<i>Scaliger</i> (Josephus.)	360
<i>Sehegkins.</i>	20. 31
R 6	Scor-

I N D E X

<i>Scortia.</i>	38
<i>Seneca Philosophus.</i>	117. 163. 187.
	217.
<i>Seneca Tragicus.</i>	104. 241
<i>Septuaginta Interpretes.</i>	116. 117
<i>Serranus (Attilius.)</i>	351
<i>Severus Alexandrinus.</i>	60. 275
<i>Servius.</i>	30. 108. 112. 219. 253. 364
<i>Sidonius Apollinaris.</i>	190
<i>Sigismundus Baro.</i>	196. 297. 339
<i>Silius Italicus.</i>	189. 282. 289
<i>Simeon (Rabbi.)</i>	263
<i>Simeon Theffalonicensis.</i>	36
<i>Siricius PP.</i>	91
<i>Socinus (Marianus.)</i>	212
<i>Sopranis.</i>	15. 19 344
<i>Sozomenus.</i>	326. 327
<i>Spondanus.</i>	217. 271. 301
<i>Statius.</i>	108. 109. 112. 164. 253. 290
<i>Stellartius (Prosper.)</i>	261
<i>Stephanus (Henricus.)</i>	360
<i>Stephanus (Josephus.)</i>	185
<i>Strabo.</i>	167. 235. 243
<i>Straccha.</i>	221
<i>Suarez (Franciscus.)</i>	138. 325
	<i>Sueto-</i>

# A U T H O R U M.

*Suetonius.* 22. 49. 50. 51. 160. 162. 163.

164. 189. 219. 235. 319. 321. 349. 376

*Suidas.* 113. 116. 119. 239. 269. 346.

*Surius.* 79

*Susamis* (Marquardus de.) 286

*Symmachus.* 31

*Synesius.* 23. 48. 178

## T.

**T** *Acitus.* 88. 103. 162. 189. 319

*Tertullianus.* 9. 37. 50. 62. 72. 79.

84. 88. 93. 96. 100. 101. 102. 111. 112.

115. 119. 121. 122. 138. 140. 168. 177

264. 342.

*Theodoretus.* 4. 276

*Theon Smirnæus.* 215

*Theophanes Nicænus.* 66

*Theophilactus.* 346

*Theophrastus.* 32

*S. Thomas.* 372

*Thucydides.* 168

*Tiraquellus.* 12. 286

*Tostatus Abulensis.* 15. 31. 32

*Trigaultius.* 172. 201. 226

*Turnebus* (Adrianus.) 19. 121

*Turrianus.* 66. 71

*Vale-*

# I N D E X

## V.

<b>V</b>	<i>Alerius</i> Flaccus. 29. 170. 241	
	<i>Valerius</i> (Maximus.) 88	
	<i>Varro.</i> 22. 29. 140. 250	
	<i>Velleius</i> Paterculus. 368	
	<i>Vegetius.</i> 164. 233	
	<i>Velferus</i> (Marcus.) 379	
	<i>Vgolinus.</i> 38	
	<i>Viccomes</i> (Josephus.) 68	
	<i>Victor</i> Vticensis. 68	
	<i>Victor</i> (Aurelius.) 30. 219. 252	
	<i>Victorinus</i> (Hugo.) 69. 290	
	<i>Villalpandus.</i> 258	
	<i>Virgilius.</i> 26. 28. 214. 240. 254	
	<i>Vivaldus</i> (Joan. Ludovicus.) 231. 278	
	<i>Vives.</i> 236. 239	
	<i>Vlpianus.</i> 212	
	<i>Volaterranus.</i> <i>Raphaël.</i> 281. 331	
<b>W</b>	<b>W.</b>	
	<i>Adinghus</i> (Lucas.) 333	
<b>X</b>	<b>X.</b>	
	<i>Enophon.</i> 187. 188	
<b>Z</b>	<b>Z.</b>	
	<i>Onaras.</i> 187. 276	
	<i>Zozimus.</i> 2	

# INDEX RERUM, & VERBORUM.

- A.
- A**bjectio baculorum ad recitationem Evangeliorum. 39
- Adulteræ olim decalvata. 54
- Ægyptii non operiebant capita nisi in summo luctu. 14
- Ægyptiis lanæ vestes profanæ erant. 176
- Ægyptiorum & Æthiopum sacerdotes pileati. 243
- Ales, frater patruelis Mahumetis, ac gener, legem soceri suis interpretationibus interpolavit. 175
- Albogalerus. 246. 250
- Albogalerum quis portaverit. 250
- Annibal nunquam operiebat caput. 19
- Apere, pro vinculo comprehendere antiqui dicebant. 247
- Aperto capite sacrificabant Romani, ante adventum Æneæ in Italiam. 42. cur morem hunc mutaverit Æneas. *ibid.*
- Apex Pontificatum, Religionem & Sacerdotium in nummis denotat. 237. 247. cujus figuræ esset. 236, 238, 247. amentis religabatur *ibid.* erat fastigiatus. *ibid.*
- Apex duplex, alter Flaminum, alter Pontificum. 247. quid esset. 249
- Apex pro pileo sumptus à Cicerone. 254
- Apicis Flaminis Dialis figura expressa. 253
- Api-

I N D E X

Apicra adfigebatur vir- rivetur. *ibid.*  
 gula oleagina. 236 Bacchi ara cornuta.  
 250 290  
 Apiculum quid 253 Baculus pro ense, 39  
 Appetentia Doctora- Baldachinum. 305  
 tus in indocto Lu- Baptizatorum vertex  
 ciferianæ superbiæ chrismate inun-  
 signum præbet. 233 ctus. 61  
 Arabes Homari secta- Bardocucullus. 321.  
 tores. 175 quid sit. 322. &  
 Apud Sinas nefas est *seqq.* Penulæ atte-  
 & inurbanum nudo xebatur, *ibid.*  
 esse capite. 44. 308 Biretum Tartarorum.  
 Armeniorum Reges 172. Doctorum.  
 utebantur Cidari 206, 212  
 192 *Burrum* dicebant an-  
 Arnobius explicatus. tiqui, pro eo quod  
 326. & *seqq.* postea *ruffum* est  
 Arvernenses in luctu denominatum.  
 operiebant capita, Byrrhum 273, 275.  
 21 & *seqq.* in usu Epi-  
 Assurrectio ad recita- scoporum. *ibid.*  
 tionem Evangelii. Byzantini exules no-  
 40 biles, ut nobilita-  
 Athletarum triplex tem suam testaren-  
 corona pro triplici tur, appulsi in Ita-  
 eorum gradu. 208 liam, pileos gesta-  
 Aureola. 211 bant. 221

B.

**B** Accalataureus 209.  
 ejus vox unde de-

C.

**C**æsar castusus to-  
 gam ad ima cru-  
 12

R E R U M.

- ra deducebat. 160 mo. 1. 2
- Calantica* quid. 108 Capite calvo nihil in-  
 Calcei lunati Patri- venustius. 48  
 ciorum Romano- Capitis contorsio a-  
 rum. 194. & *seqq.* pud Hebræos quid  
 Calcei purpurei. 280 significaret. 18  
 Calceus capitis. 37 Capitis tecti inclina-  
 Caliandria quid. 21 tio apud nonnullos  
 Calyculi incidari Pon- nota venerationis.  
 tificis Hebræorum. 43  
 258, 260 Capitulum humani  
 Caliendri. *ibid.* Ca- corporis caput. 4  
 liendrum *ibid.* Caput præstantissi-  
 Calyptra quid 119 mum omnium mem-  
 & *seqq.* brorum, 2. 6. cum  
 Candye. 180. & can- coelo & arce com-  
 dya. 191 ponitur, 3, 4. mens  
 Candys. *ibid.* hominis sedem in  
 Capita nuda & excæ- eo fixit. *ibid.* & 10  
 seriatata firmanur & membrum hominis  
 obdurescunt. 22 divinissimum. 7  
 Camelaucus & came- Caput pro toto ho-  
 lauchium quid. 269 mine sumtum, 9  
 313 item pro perfectio-  
 Camelaucis usi Im- ne in re qualibet.  
 peratores. 270 10. subducendum  
 Camelauchi Moniali- injuriæ adhibito o-  
 bus in usu. 313 perimento. 13  
 Capite resecto cur sta- Caput apertum & nu-  
 tum moriatur ho- dum aliquando sum-  
 tum

I N D E X

- |                       |                       |
|-----------------------|-----------------------|
| ptim pro fronte per-  | Hebræorum ex-         |
| fricta & inverecun-   | pressa, 258, 259.     |
| da. 32                | Pontificis Christia-  |
| Caputium S. Francisci | norum cidaris ex-     |
| an fuerit pyrami-     | pressa. 267           |
| dale, 331 & seqq.     | Clericalis pileus ex- |
| Carthaginenses cur    | pressus. 295          |
| purpuram in præ-      | Codex Euangeliorum    |
| liis induerent. 282   | olim imponebatur      |
| Causa. 167            | throno exquisite or-  |
| Cato nunquam soli-    | nato. 41              |
| tus operire caput.    | Cœli nomine caput     |
| 9                     | donatum. 3, 4         |
| Christiani primi in-  | Cœlibaris hasta 148   |
| recto capite proce-   | junoui sacra. 149     |
| debant, 22. sic e-    | Color pilei Docto-    |
| tiam nunc in sacris   | rum. 206. & seqq.     |
| semper nudo sunt      | Coma caput tutatur    |
| capite 25, 30. &      | & honestat. 48, 56    |
| quare. 34             | Constantinus caput    |
| Cicadæ in pileis A-   | obvelatus in num-     |
| theniensium. 168      | mis. 23, 24           |
| Cidaris 191. & seq.   | Coronarum triplex     |
| 255. apud quos in     | divisio. 264          |
| usu. 192              | Corona ex myrto       |
| Cidaris Pontificiæ &  | baptizatis imposi-    |
| Sacerdotalis diffe-   | ta. 69                |
| rentia. 257, 261,     | Corona Doctoribus     |
| 265                   | ac Magistris impo-    |
| Cidaris Pontificis    | sita. 204             |
|                       | Co-                   |



R E R U M.

- Corona • Symbolum  
meritorum. 262
- Coronæ adhibitæ in  
primis nuptiis, ob  
servatam illuc us-  
que pudicitiam. 262
- Coronatus pro homi-  
ne multorum meri-  
torum, 261. item  
pro sacerdotium  
gerente. 264
- Corporis incurvatio  
nota venerationis.  
43, 44
- Costa quarta in pileo  
Clericali cur in  
multis desideretur.  
306
- Crinium solutio in  
nuptiis. 148
- Crinonia. 180
- Crobylum Athenien-  
sium. 168, 169
- Cuculla vel cucullus,  
315. aliquando  
non solum capitis  
tegmen sed & ve-  
stem diffusio-rem de-  
notat. *ibid.*
- Cuculli cur infanti-  
bus impositi. 45.  
cur Monachis con-  
cessi, *ibid.* 314, 324  
eorum materia, 326  
& *segg.* forma. 328  
& *segg.*
- Cucullus proprie  
quid sit, 316. vile  
operimentum. 318
- Cucullus S. Francisci  
expressus. 332.  
337  
an fuerit pyrami-  
dalis, 330 & *segg.*
- Cussa quid. 108
- Cylistræ. 205
- Cyrbasia. 251
- D.
- D**ecimarum domi-  
nium concessum  
per traditionem pi-  
lei. 222
- Deponere coronam a-  
pud Hebræos quid  
esset. 16, 17
- Depositio ensis ad re-  
citationem Euange-  
liorum. 39
- Desperati in summo  
discrimine caput in-  
vol-

I N D E X

- voluebant. 161 Viduarum. 138
- Diadema. 181. unde Discrimen veli Vestalium à velamine virginum Christianarum. 139
- derivetur. 183. folis imperatoribus peculiarare. *ibid.*
- Diadema quis primum capiti aptaverit. 181. cingebat nudum caput. 188
- Diadema olim militaris zona vocabatur. 183. cujus coloris fuerit. 188
- Diadumenus pileatus ex utero matris prodit. 186
- Diadema capiti imposuisse erat crimen læsæ majestatis. 184
- Diademata multiplicabantur pro numero Regnorum. 184
- 189
- Dii operto capite invocati. 29
- Dioscuro: un nobilitas pileis adumbrata. 221
- Discrimen inter velamen Virginum & Viduarum. 138
- Discrimen veli Vestalium à velamine virginum Christianarum. 139
- Discrimen inter Turbantes Turcarum & Persarum. 174, 175
- Doctoribus cur concessus pileus. 223, 224
- Doctorum pileus 202 apud varios varius. *ibid. & seqq.*
- E. Episcopi & Sacerdotes totius Orientis sacrificant aperto capite. 36
- F. Fabula de Joanne papissa unde ortum traxerit. 78
- Faciales quid. 87
- Fascia pro diademate. 188
- Flammeum quid. 102
- & seqq.* unde dictum. 104. cujus coloris esset. 104, 105
- Fla-

R E R U M.

- Flammeum virginale Forma pilei Doctorum  
 247 lis apud varios varia.  
 224. *¶* *Seqq.*
- Flaminica semper ute-  
 batur Flammeo. 104 Forma quadrata in pi-  
 leis Doctorum quid  
 Flaminica divortium denotet. 226. *¶* *Seqq.*  
 facere non poterat. *ibid.* Forma rotunda pilei  
 Doctoralis quid ad-  
 Flendi vox quomodo umbret. 224. *¶*  
 apud LXX. interpre- *Seqq.*  
 tes intellecta. 18
- Floccus in vertice pi-  
 lei Doctorum 260. **G**alericulum ce-  
 apud varios varius. 207 gendæ calvæ ad-  
 bitum. 50
- Flamen moriturus pi-  
 leum necessario de- Galericum ad nigras  
 ponebat, & cur. 239 vel albentes comas  
 254 occulendas apposi-  
 tum. 50, 51
- Flamen dialis sub divo Galerius. 246  
 existens, apicem fem-  
 per gerebat. 237. sub Galerius ruber Cardi-  
 naliū à quo Pri-  
 tecto apicem depone- mum concessus. 287  
 re liberum erat. 239 Galerius viridis Epi-  
 scoporum. 217
- Flamines unde sic di-  
 ti. 239 Galerius Pontificia be-  
 nedictione facer. 343
- Fœminæ agrius cal-  
 vescunt. 50 Græci non inunge-  
 bant verticem bap-  
 Fœminæ Christianæ zati. 65  
 ignominia causa de-  
 calvatæ. 54 Græcorum Ethnico-  
 rum

I N D E X

- rum mos sacrificandi aperto capite. 42
- Græcorum virilia capitis tegmina. 166
- H.
- H**apsus in vertice pilei Doctorum. 206
- Hebræi fluentem cæfariem vittis ac tæniis coërcebant. 16
- Hebræis probrosum erat orando aperire capita. 31
- Homar affinis Mahometis, pro lege à Mahomete proposita acriter aduersus Alim certavit. 175
- Homaritarum Turbans cujus coloris. 175
- I.
- I**Beri purpureis vestibus in pugna utebantur. 283
- Imperatores Constantinopolitani in bello, & ubi operiri capita mos erat pileis Laconicis utebantur. 178
- Imperator Verus nocte vagabatur per Iupanaria cucullione obtectus. 320
- Inaures quas Jacob unà cum idolis sepe-  
livit, an fuerint in-  
aures vulgares. 242
- Indigna titulorum Doctoralium assumptio summæ stoliditatis indicium. 229
- Et seqq.*
- In capite habitant artes omnes. 11
- In Cappadocia maxima Magorum multitudo. 243
- Infantibus & pusionibus appositi cuculli ad tutelam capitis. 45
- Insulæ. 242
- Insula quid proprie esset. 290
- Inunctio in baptis-  
mate symbolum digni-  
tatis Regiæ, & Sa-  
cer-

R E R U M.

cerdotalis.	63	ut nullus vir , nec
Jovius notatus	8	mulier operto capi-
Isidis Sacerdotes <i>lin-</i>		te accederet ad Im-
<i>geri</i> dicti.	177	peratricem. 126
Itali operiebant capi-		Liberti habebant jus
ta in religiosis fun-		tegendi capita. 222
ctioribus.	30	Lintæ tunicæ <i>Ægy-</i>
Judæi in mærore &		priorum. 176
jejunio operiebant		Linteola tegendo ca-
capita.	14, 17	piti usurpata. 157.
Juramentum per Prin-		165
cipis caput solemnis-		Linteola non erant ex
simum.	8	numero tegminum
Juramentum per ge-		virilium à Romanis
nium principis.	9	receptorum. 156
Jupiter dictus præesse		Lorum discernendum
capiti.	7	à Phrygio seu mitra.
Justinianæum, capitis		292
tegmen à Justiniano		Lunula in calceis
Imperatore inven-		insigne nobilitatis.
tum.	181	194

K.

**K** Isulbassi appella-  
ti Persæ , & cur.  
176

L.

**L** Acones cur pur-  
puram in præ-  
liis induerent. 282

Lex apud Romanos ,

M.

**M** Agi. Pirethi, ci-  
nerem multum  
& ignem perennem  
servantes. 244

*Masnephtes.* 257

Membra hominis ca-  
piti famulantur. 5

Mercurius cur qua-  
dra-

I N D E X

- dratus effectus. 228 cit. 140
- Mitella, operimentum Mulierum processus  
capitis. 86, 148, 151 in publicum inlecto  
capite indecorus. 71.
- Mitellæ purpurâ tin- 112. quare. *ibid.*  
gebantur. 152
- Mitrella. 151 Mulieres orantes cur  
caput opertum ha-  
berere debeant. 72, 74
- Mitra, & quid pro-  
prie denotet. 106, *& seqq.* Mulieres Hebrææ sta-  
tim à gentis exordio  
velarunt capita. 81.
- Mitra S. Sylvestri A-  
venione Romam mis-  
sa. 293 is usus deinceps et-  
iam tenuit. 84
- Mitra Episcoporum. 287. ejus figura ex-  
pressa *ibid.* cur bi-  
cornis. 293. *& seqq.* Mulierum Græcarum  
velamentum. 86
- Mitra pro insula sum-  
pta. 290. aliquando *Multa toga.* 162  
pro Phrygio. *ibid.* Mystrarum initiatio  
quomodo instituta.  
215
- Mitrula. 151 Mancipia cùm liberta-  
te donabantur, raris  
concessi. 45 capitibus pileum in  
Feroniæ templo ac-  
cipiebant. 219. *&*  
*seqq.*
- Moniales olim ute-  
bantur cucullis. 339 Mancipiis quamdiu  
servitutem servie-  
bant, caput necessa-  
rio nudum erat, quic-  
quid demum accide-  
ret
- Moscorum pileus cle-  
ricalis. 297
- Mulier cum pileo in  
nummis imago li-  
bertatis. 219
- Mulier nubit, vir du-

R E R U M.

- ret incommodi. 222 radebantur olim.  
*Μαφθεια* quid. 106 220  
 113 Neophyti quamdiu ca-  
 Maphorium. 119 pitis tegmen in ba-  
 Masiniffa quantacun- ptifimo collatum  
 que cœli inclementia gestarent. 67.68  
 urgeret, nunquam Nero cucullione ado-  
 operuit caput. 19 pertus lupanaria no-  
 Mafors & Mavors ctu percurrebat 320  
 quid. 110, 113 Nerone mortuo plebs  
 N. discurrebat pileata.  
**N**ubendi vox un- 219. quare? *ibid.*  
 de derivata. 90 *Nobilitas in astragalis*  
 91. 104 proverbium. 194  
 Nubentes antiquitus . O.  
 coronabantur in si- **O**dium inter Tur-  
 gnum servat æ illuc cas & Persas un-  
 usque pudicitia. 262 de ortum. 175  
 quæ coronatio in Osculum manui im-  
 nuptiis secundis o- pressum nota venera-  
 mittebatur. *ibid.* tionis. 44  
 P.  
 Nudatio capitis in si- **P**allia fœminea ca-  
 gnum subjectionis put obtegentia. 115  
 & reverentiæ. 42  
 Numina membris at- tributa. 7. 8  
 Nuptiarum vox unde Pallio Romani ali-  
 originem traxerit. quando tegebant ca-  
 140 pita. 162  
**N**aufragi emergentes *Panas* operimentum  
 capitis Seraphino-  
 S rum.

I N D E X

rum.	33	Pilei Clericalis forma
Parthi pileati.	171	quadrata quid deno-
Peplum.	116	tet. 300, 302. cru-
Perfæ sectatores Alis.	175	cis efformatio in eo
		quid repræsentet.
Petafus. 164. Æthio-		Pilei Clericalis forma
pum.	171	apud varios varia,
Petafatus.	164	297. & seqq.
<i>Phyllis</i> quid.	107	Pileo aliquando tege-
Perfarum sacerdotes		bant caput Romani.
gestabant Tiaras.	163	
	243	Pileoli ex qua materia
Phryges dicti <i>Phrygia</i>		fierent. 164
ob effœminationem.		Pileolus purpureus
	78	<i>Pontificis</i> . 270. ruber
Phrygius capitis a-		<i>Cardinalium</i> , viridis
mictus. 240, 241.		<i>Episcoporum</i> . 287
subligabatur mento.		Pileolus depositus ad
<i>ibid.</i>		recitationem Euan-
Phrygium. 290, 291		gelii. 39
Pilaticia.	200	Pileus Sebastocrato-
<i>Pileata Roma</i> .	163	ris. 198. Despotæ.
Pilei rubri usus anti-		<i>ibid.</i> aliorumque au-
quus.	272	læ Constantinopoli-
Pilei apud Romanos		tanæ. <i>ibid.</i> & seqq.
è lacernis cæsis. 164		Pileus nota virtutis
Pilei pelliti Germa-		spectatæ. 211. sym-
norum.	193	bolum libertatis. 217
Pilei Doctorum color		& seqq.
varius. 206. & seqq.		Pileus in usu apud
		Ro-



R E R U M.

- Romanos. 163, 164 Pompeius oppressus  
 Græcos, 166. Par- togam ad ima crura  
 thos, 170. Scythas. deduxit. 160  
 171. Garamanthas. Pontificis Christiano-  
*ibid.* Æthiopes *ibid.* rum gestamen capi-  
 Sinas, 172. Moscos. tis cujus inventum.  
*ibid.* 268
- Pileus incantatus Se- Porrum hortense lo-  
 reniani Ducis. 164 co flocci impositum  
 Pileus Doctorum a- pileis Doctorum a-  
 pud varios varius. pud Genevenses. 207  
 203. & *seqq.* 223. Positio baculorum ad  
 & *seqq.* Sacerdotum. recitationem Euan-  
 294 gelii. 39
- Pileus cornutus pri- Privilegium singula-  
 scorum Sacerdotum re pilei Cardinalitii.  
 Ethnicorum. 289 285
- Pileus Thessalicus. Prusias Rex ut se Ro-  
 164. 166. Macedo- manorum libertum  
 nicus *ibid.* Phrygius. profiteretur, Lega-  
 240. Atheniensium. tis eorum raso capi-  
 168 te occurrit. 220
- Pileus ex dimidio o- Purpura Senatoribus  
 vo Struthionis. 171 in usu. 283. Diis  
 Pileus ruber Cardina- placandis advocata.  
 libus concessus quid *ibid.*  
 denotet. 277 & *seqq.* Pyramidalis an fuerit  
 Pileus Clericalis Epi- cucullus S. Francisci.  
 scopis communis ex- 331. & *seqq.*  
 tra solemnitates. 294 Pyratheia quid. 244

I N D E X

- Pyrethi qui vocentur Mavor te 113  
in Cappadocia. 243. Romani non nisi in  
non cultro, sed stipi- certis eventibus ope-  
te quodam mactant. riebant caput. 19.  
*ibid.* cinerem mul- 157  
tum, & ignem perpe- Romani ante adven-  
tuum servant. 244 tum Æneæ in Ita-  
Pyrrhus pileus. 272 liam sacrificabant a-  
perto capite, idque  
in ara maxima. 42  
**Q**uadrata forma Romani Reipublicæ  
in pileis Do- se devoventes velato  
ctorum quid deno- capite ruebant in  
tet. 226 mortem. 20  
Quadratum esse quid Romani communiter  
significet. 305 erant intecto capite.  
**R**asura capitis in 21  
manumissione Romani omnibus, nu-  
ferri nota erat de- minibus præterquam  
clinatæ tempestatis Saturno, Honori,  
servitutem comitan- ac Herculi sacrifica-  
tis. 220 bant operto capite.  
Reges ad recitatio- 26, 29.  
nem Euangelii olim Romani tecti capita,  
deponebant diade- in virum honoratum  
ma. 40 incurrentes, ea ape-  
Rica quid. 29. unde riebant. 44  
dicta. *ibid.* Romani toga, vel to-  
Ricinium & Ricinius ga parte, vel pallio-  
quid. 110. idem cum lo vel pileolo, aut  
ga-

R E R U M.

- galero vel linteolo  
caput tegebant. 157
- Roma pileata. 19
- Romanis triplex pileorum  
genus in usu. 295
- Rotunditas in pileis  
Doctorum quid denotet. 225. *U seqq.*
- Rufforum Imperatoris  
pileus descriptus. 196
- S.
- Sacerdos Syriæ  
Deæ quo tegmine  
capitis uteretur. 242
- Sacerdotes Ægyptii  
& Æthiopici pileati. 243
- Sacerdotes Persarum  
gestabant tiaras. 243
- Sagi cucullati. 319
- Salmuth notatus. 360
- Salomon à S. Ambrosio  
inter Sanctos enumeratus. 359
- Scaliger notatus. 360
- Scipio Nasica, in subigato  
contra Gracchos incurfu,  
togam inam in rugas contractam  
capiti imposuit, loco  
galeæ. 161
- Sanctorum imagines  
cur cum semicirculo  
in capitibus pingantur. 361, 369
- Serapidis simulachrum  
cui cœlum impositum  
pro capite. 3
- Serua pecora* quinam  
appellentur. 223
- Servi manumittendi  
radebantur. 220
- Servi contumaces pileati  
prostabant venales. 221
- Sigillum rubrum proprium  
Imperatorum erat. 280
- Signa reverentiæ & honoris  
varia variis locis, imo pugnanti-  
tia. 45
- Simulachrum in ara  
maxima capite operato. 42
- S 3 Si-

I N D E X

- Sinarum pileus de- Statio ad recitatio-  
scriptus. 201 nem Euangelii. 39
- Sinarum pileus my- Stemma. 181  
sticus quo in sacris Stola quid proprie si-  
utuntur descriptus. gnificat, aliquando  
307. *& seqq.* pro matrona sumi-  
tur. 112
- Sinæ fronte humum Stoliditas eorum qui  
feriunt coram idolis Stoliditas Doctoralem  
44. caput aperire a- pileum Doctoralem  
pud eos nefastum, emunt. 229. *& seqq.*  
*ibid.* & 308 Sudarii vox late pa-  
Sinae quando caput tens. 345. *& seqq.*  
aperiant. *ibid.* Sudarium mortuo-  
rum. 344. 351
- Sinæ sacrificant tecto Sudarium Christi  
capite ex dispensa- quando inventum.  
tione Pauli V. 44 351. igne probatum  
Socrates ad parum pu- illæsum mansit. *ibid.*  
dicam orationem ca- ubi asservetur. *ibid.*  
put operiebat. 33
- Sosi, Rex Persarum cujus longitudinis  
unde sic denomina- fuerit. 352  
tus. 176 Sudarium Edeffenum  
348. Veronicæ. *ibid.*  
Sophistæ olim Athe- Vefontionense. 352  
nis pallium Philoso- Taurinense. *ibid.*  
phicum & Sophista-  
rum dignitatem cer- Suspendendi obnube-  
tis ritibus asseque- bantur apud Roma-  
bantur. 203 nos. 20. 161
- Spongia *monasterii* Sylla soli Pompeio  
proverbium. 128 obviam factus ape-  
rie-

R E R U M.

- riebat caput. 44 Tesseræ tegminibus  
 T. capitis assutæ & im-  
 Arquinio pileus positæ. 46  
 ab aquila ereptus Tetraphillus. 180  
 & alte subvectus, Θέσις quid, 116. du-  
 mox capiti restitu- plex. 118  
 tus. 23 Theristratus. 117  
 Tartarorum biretum. Tiara. 169. quintu-  
 173 plex. *ibid.* § 170  
 Tegmen capitis fœ- Tiara Chaldæis, Par-  
 minei, nota subjectio- this, multisque Re-  
 nis. 72 gibus orientalibus  
 Tegmen capitis San- communis. 170. §  
 ctorum. 357 *seqq.* 185  
 Tegminum capita- Tiara Regius Persa-  
 lium munus ad tute- rum, à tiaris reli-  
 lam & honestatio- quorum differebat.  
 nem. 47 185. ejus figura ex-  
 Templarii 311. eo- pressa. 186  
 rum regula à S. Ber- Tiara viridis apud  
 nard. conscripta. *ibid.* Turcas majoris re-  
 Templariis crux alba ligionis insignæ. 188  
 quadrimembris de- Tiaram quandoque  
 negata. 312 cumulabat diadema.  
 Terentius Culleo Sci- 187. & 188.  
 pioni triumphanti Tribuni plebis bona  
 astitit pileatus. 219 alicujus damnati  
 quare. *ibid.* consecraturi, caput  
 Tertullianus auste- velabant, tanquam in  
 rioris genii fuit. 97 re luctuosa. 20

I N D E X

- Tropæuchia. 181  
 Triumphanti affide-  
 bat aliquis qui eum  
 mortis & caducitatis  
 submoneret. 304  
 Tunicæ linteæ Ægy-  
 ptiorum. 176  
 Tupha. 187  
 Turbans Turcarum,  
 172. accedit ad tia-  
 ram Persicum popu-  
 larem. *ibid* ejus fi-  
 gura expressa. 173  
 Turcarum turbans  
 linteus. 176  
 Turcis probrosum est  
 orando aperire ca-  
 put. 31  
 Tutulus quid, 26  
 V.  
**V** Ela tenuia caput  
 tegentia quon-  
 dam in usu. 97  
 Velamen capitis, pro  
 subjectione, & no-  
 ta timoris aliquo-  
 ties sumptum. 34  
 Velamen impositum  
 capiti infantis Bapti-  
 zati. 60  
 Velamen capitis re-  
 cens baptizatorum  
 quamdiu duraverit.  
 68, 69. cui fini ad-  
 hibitum. *ibid.*  
 Velamen mulierum  
 Hebræarum. 81, 84.  
 Græcarum. 86. Ro-  
 manarum, 87. Bar-  
 bararum. 88  
 Velamen quo caput  
 operiebatur inter sa-  
 crificandum Fidei e-  
 rat ex panno albo.  
 30  
 Velamen sacrum. 145  
 quando imponeba-  
 tur. 146  
 Velamen virginum  
 Christianarum apud  
 Afros ex qua mate-  
 ria esset. 148  
 Vestes purpureæ  
 quando communes  
 factæ Cardinalibus,  
 & à quo. 281  
 Veteres cœlibari hâ-  
 sta, quæ in corpore  
 gladiatoris abjecti  
 occisique stetitset nu-  
 ben-

R E R U M.


- bentium capita com- nudum habere de-  
 mebant. 148 beant. 47. 72. 74  
 Velum signum erat Viridis galerus Epi-  
 additi Deo obse- scoporum. 287  
 quii. 127 Viridis color apud  
 Velum virginum nu- Turcas nobilibus, &  
 bentium. 102, 139, qui genus ad Mahu-  
 140 metem referre pos-  
 Vestales olim inciden- sunt peculiaris. 288  
 tes in reum morti Viridis color in ga-  
 addictum eum libe- lero Episcoporum  
 rabant à morte. 285 quid admoneat *ibid.*  
 Viduarum & virgi- *§ seqq.*  
 num caput tectum. Vita uniuersa à capite  
 122. *§ seqq.* est. 12  
 Virgines homium Vittæ ab infula distin-  
 quæ. 102 guenda. 290  
 Virgines Lacæna in- Vittæ matronales &  
 testa facie, mulie- virginales. 109  
 res vero operta in- Vittæ capitibus Sacer-  
 cedebant. 86. ejus dotum ac Doctorum  
 ratio expenditur. in campis Elysiis de-  
*ibid.* cretæ. 215  
 Virgines *nubes leues.* Ulysses canentem De-  
 90 medocum audiens  
 Virgines *velandæ.* pro verecundia ca-  
 122. *§ seqq.* put operiebat. 32  
 Virgines *in capillo* Ulysses pileatus ex-  
 quæ sint. pressus, & cur. 221  
 Viri orantes cur caput Umbrella seu *umbra-*


I N D E X R E R U M.


<i>calum</i> species pilei.	modum congruus.
197	45
Ufu nuditatis capitum	Ufus variorum varius
vigente, ut subdu-	tondendi aut non
cerent illud gravibus	tondendi Moniales.
incommodis, adhi-	132
bebant integumen-	Z.
tum.	Z
23, 25	Ona militaris.
Ufus aperiendi caput	183
ad venerationem ad-	Zonam <i>solvere</i> quid.
	106


F I N I S.

















Biblioteka Jagiellońska



stdr0021466

